

www.e-rara.ch

**Paradisus virginalis, sive, Conciones in festis semper virginis dei
genitricis Mariae**

Mata, Juan de

Antverpiae, anno 1652

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-24016>

Sequuntur duodecim breviores conciones pro primis dominicis cuiusque mensis s. rosario
purissimae virginis Mariae dedicatis.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

SEQVNTVR DVODECIM
 BREVIORES CONCIONES PRO PRIMIS
 DOMINICIS CVIVSQUE MENSIS
 S. ROSARIO
 PVRISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ
 DEDICATIS.
 LECTORI PROLOGVS.

DVODECIM scintillas ex duodecim antecedentibus sermonibus exilientes, seu motiva breuissima Virgineis destinata laudibus tibi offero: modum obseruans in sacra mea Prædicatorum Religione prædicandi legitimum perpetuum, singulis primis Dominicis mensis ad vesperam, in supplicatione SS. Rosarij. Conciones sunt illæ, quibus fideles excitantur ad deuotionem & frequentationem huius exercitij diuinæ Maiestati gratissimi. Communes profero Virginis laudes: & licet conuenienter illi mysterio quod tali mense celebratur, non ita tamen, quin aliis, seruire possint occasionibus, cum nulla sit oportet, in qua Prædicator Euangelicus non recognoscat sibi verba, spiritum & gratiam dari per Mariam, vt piè notat & veraciter additissimus illi filius, D. Bernard. quando ad nuptias in Cana Galilææ ministris ipsis ipsa dixit: *Quodcumque dixerit vobis facite*: quibus verbis indicauit, nequaquam officium prædicationis, quod nihil aliud esse dicimus quàm animabus delicata ministrare fercula,

cula, fructuosè, vtiliterque exerceri, nisi eius minister per Mariam plenius instruatur. Audite Bernard. *Quo exemplo innuitur, quod officium predicationis, non debent usurpare sibi nisi quos Maria Mater gratiæ prius instruxerit.* Ipsi primò sint auditores Mariæ, eius frequentent classem: si namque Magistra docuit Apostolos, ab ipso Deo immediatè instructos: hoc quippe titulo honoratur apud Rupert. *Magistra magistrorum, id est Apostolorum:* Temeritatis argueretur ille præsumptuosæ, qui se à Virginis & Magistræ separaret discipulatu.

D. BERN.
Ser. 13. ex
paruis.

RUPERT.
l. 1. in Cant.
ad illud:
Indica mi-
hi.

CONCIO
PRO DOMINICA
PRIMA IANVARI.

T H E M A.

Et reclinavit eum in præsepio. Luc. 1.



ODIE, ô Serenissima Imperatrix Maria, te contemplantur diuino pignore, gemma & insignibus summæ tuæ nobilitatis, ornatusque decoratam. Lapidem considero suo in centro latitantem, aquam suscipio de fonte suo scaturientem, ignem habeo in sua lucentem sphaera, & gemmam conchæ suæ inclusam. Nouum planè & insolitum mihi quod prodeuntem de inta-

puerulum reclines in præsepio, cælo terræque expositum iniuriis. An satius non fuisset infantilia teneraque membra vberum tuorum, fouere blanditijs, quam lapidis durissimi illis præbere cervicali? Tantùmne grauat te Deus? Dicamne tantæ gloriæ possessionem generare posse fastidium? Tam citò à te repellis, cuius in mundum aduentum tam ardentibus postulasti desiderijs? Imò credideris quòd eum sic omnibus opret fieri communem, quem eo loco statuit ad

I.
Maria Ie-
sum reclina-
uit in præ-
sepio vt sit
omnibus
communis.

quem omnes indiscriminatim
 omni seposito timore queant
 accedere, etiam ipsa irrationa-
 bilia animalia. Hanc prudentem
 Virginis industriam mirabili
 modo exaratam suspicio in eo
 quod Gedeoni contigit. Locutu-
 rus illi accedit Angelus, repe-
 ritque illum vanno purgantem
 triticum, erat enim agricola:
 voluit igitur illi Deus ventila-
 brum mutare in lanceam, &
 aratrum in virgam, ducem il-
 lum, & gubernatorem creans
 populi sui Israel: adest cælestis
 Paranympus omnem exclu-
 dens metum: *Dominus tecum,*
 non est quod timeas virorum
 fortissime hæc eius tibi indica-
 tur voluntas vt officium mutes,
 & gladius tuus populum Israel
 defendat contra Madianitas, à
 quibus durè nimis opprimitur.
 Domine, de rei veritate nullum
 mihi dubium (inquit Gedeon)
 sed pro solamine præbe mihi
 signum, illudque sit, quod in
 hoc vellere noctis ros omnis
 colligatur. Fiat vt petisti: & ec-
 ce die altera terram intuetur,
 cuius plantæ pruina conspersæ
 esse debuerant, quæ exaruit,
 eiusque plantæ, ad instar festu-
 cæ, quam vellus totam imbi-
 berat. Inuertatur miraculum:
 tota madescat area, & laneum
 vellus nullo rore cõspargatur:
 quo facto desiderijs meis satis-
 factum cõgratulo, & Deum
 mecum esse non ambigam qui

vellus sum, & pariter cum po-
 pulo, quem hac area volo signi-
 ficari.

Vmbram hâc lucis hodiernæ
 contemplor. Descendit Dei
 verbum ad mundi huius aream:
 vt autem constet quod eum sit
 de diaboli oppressione libera-
 turus, qui Madian designat, ad
 se totum colligat rorem cæles-
 tem in mundissimis Mariæ vis-
 cibus: hæc etenim vellus fuit
 candidissimum. *Vellus Gedeonis:*
 illam esse cum Ecclesia decan-
 tamus. Alcuinus Doctor ve-

teranus sic ait: *Lana diuinitate* ALCVIN. l. 2.
de Trin. c. 14.
purpurata solummodo aeterno Im-
peratore indui dignissima. Addi-
 tur D. Proculus Archiepisc.

Constantinop. *Vellus mundissi-* D. PROCVL.
de Natiuit.
Christi.
mum cælesti pluuiâ madens, ex

qua pastor ouem induit: & his
 subscribit D. Bernard. Attamen-
 titulum hunc nobis altiùs attol-
 lat D. Petr. Chrysolog. *Diuini* D. P. CHR.
Ser. 143.
D. BERN.
Ser. 3. de Ann.
nunt.
tatis bibulum vellus. Totam Dei
 in se imbibit magnitudinem.
 Metaphora ducitur ab eo qui
 scribit in charta bibula & can-
 dida, quod si calamum fortius
 premat, ita atramentum imbi-
 bet, vt litteræ scriptæ in inter-
 iori facie, legi queant in exte-
 riori. Ex Isaia nouimus Mariæ
 viscera librum vocari & char-
 tam: de illa etenim cum alijs
 illud intelligo: *Sume tibi librum* Isa. 8.
grandem, & scribe in eo stylo ho-
minis. Calamum scribentem di-
 cimus Dei filium. *Lingua mea* Ps 44.
calamus

Ind. 9.
II.
Allegoria.

salaminus scribae. Fortis est, utpote Dei Patris fortitudo, in exteriori transit chartæ faciem, & scriptus in Maria hodie foras exit & secū in brachiis suis eā conclusā Deificat. Habemus iraque Deum in Virgine velut rorem Gedeonis in cādissimo vellere; nunc autem secundum videamus, nobis ad solamen, prodigium, & postquam illum in se recepit, suisque constrinxit amplexibus, illum publicè exponat, quatenus omnes eo perfruantur, & accedant eum visuri.

Exposuit hoc admodum eleganter Cardin. noster Caietan. super illud: *In præsepio.* Nuntiant calorū incolæ Iudææ pastoribus: *Inuenietis infantem pannis inuolutum & positum in præsepio.* Deum inuenietis in præsepi recēter editum in lucē; nec in particulari dicentes qualis esset, absque dubio locus omnibus innotuerat, & communis erat omnibus: effusio etenim & liberalitas Mariæ tanta est, ut quasi proprio se priuans filio, illum omnibus tradat, & offerat, non amplexibus suis conclusum, ut illum videatur sibi retinere, sed in loco cunctis vniuersaliter notissimo. Loquatur igitur Caietan. *Hinc colligitur, quod præsepium notorium erat, unicum ac commune: alioquin Angelus dixisset, in præsepio talis domus.* Ingenium subtile

D. Petr. Chrysolog. eximiam parit mihi rationem ad huius argumenti clariorem elucidationem. Virginem enim allocationem. *Ne præsumas hunc vocare filium tuum, sed mox ut genueris inuoca Saluatorem: ò Domina quamuis Deum generes, sisque mater Dei, ne precor illum appelles filium tuum: calamum à scribendo suspende Doctor piissime. Quod si de Virginis sit formatus visceribus, illiq; Deus magis propriè sit filius suus, quàm quilibet alius, matris suæ potest esse filius: quandoquidem secluso omni maritali opere, & temporali non interueniente patre, materna fuerit omnis gloria dignitatis huius in Maria: quam ob causam negas illi filij sui compellationem: & quasi rei alienæ dominium usurparet, vel vllum cadere posset in tantam humilitatem & gratitudinem præsumptio, prohibes: *Ne præsumas vocare filium tuum?* Vtique quia talis est cælestis ille Virginis partus, eiusque tanta dignitas: ut cum Deus esset illi aded proprius ac filius suæ matri, illa indicaret indecorum & iniurium homini, si non eum communicaret: & quamuis in quantum filius, eius deberet vberibus suspendi, in quantum tamen illum generat Saluatorem, quod ordinem dicit ad multorum salutem, ab eis illum*

D. P. CHR.
Sey. 142.
IV.
Maria filiū
suum, vocet
Saluatorem. Nota.

III.
Quale fuerit
Christi
præsepe.

CAIET.
in Luc. c. 1.

illum auellat, hunc non proferat titulum, sed Saluatorem inscribat. *Inuoca Saluatorem, & in communi cum reclinet omnibusque noto præsepio.*

Tres Magos seu Reges Orientis vidimus munera donaque Regi iam nato deferentes, modumque obseruant & ordinem oblationis: *Obtulerunt ei aurum, thuris & myrrham.* Myrrha est proximior cum tamen esse deberet (dicit aliquis) contrarium: aurum etenim metallum est omnium maximè pretiosum, & diuinitatis Regiæque dignitatis symbolum, quam apertè in puero venerantur abscondito. *Vbi est qui natus est Rex?* Aurum ergo immediatè Deo consecrandum erat, cur hoc minimè faciunt? Quid dicemus? Spiritus S. vt eorum magister, dona dirigebat, munera ordinabat, & manus deducebat: nec amicus est auri: terram enim in cuius nascitur visceribus, reddit sterilem & infecundam: etenim circumcirca nullas videre licèt arbores, plâtas, flores, herbas: omnia ad se trahit, & cum omnibus, bellum habet. Igitur perspicuum sit, Diuinam Maiestatem exhorrescere detentionem, parcitatem, & pro-

prietatem; aurum quod sibi habere debuerat maximè propinquum ob eius significationem, sit ab illa maximè remotum, atque ex eo quod in se est, sit ceteris distantior oblatio: Deus etenim omnibus venit, aurum autem sibi soli tantum nascitur.

O Maria cælestis Imperatrix: *Inuenisti gratiam,* ait illi Angelus, quam ante salutauit *Gratiâ plenam.* Si igitur prius illam possederit, ad quid vltior gratia? Percunctatur D. Bernard. *Quid plena est gratia, & gratiam adhuc inuenit?* Vasi aqua pleno & definito (ait Philosophus) aquam vberiore in fundere, hoc eo fit animo, vt effundatur. Verum est: quinimò ea de causa, copiosior Mariæ tribuitur gratia: nec enim sua plenitudine contenta est, vult insuper vt ex sua supereffluentia & copia mortales siti deficientes & calamitatibus oppressi, participent. *Cui propria non sufficit plenitudo: nec suo potest esse contenta bono, petit supereffluentiam ad salutem vniuersitatis.* Vniuersalis benefactrix hominum, commune omnibus bonum hodie puerulum reclinas in præsepio, quatenus omnes accedamus &c.

D. BERN.
Ser. de Nati.
uit. Virg.

Mat. 2.

V.

Munera
Magorum
luculenter
expendun-
tur.

CONGIO
PRO DOMINICA

PRIMA FEBRVARII.

THEMA.

Tulerunt Iesum in Hierusalem, ut sisterent eum

Domino. Luc. 2.



OTAM sphaeram seu ignis diuini globum brachiis tuis cōstringis: solem iustitiæ tuo suspendis pectore, & misericordiæ sōtem, ô Maria, hoc mense defers ad S. templum Hierusalem, nouâ illud gloriâ decorans, eiusque luce spissas de mundo tenebras eliminans. Acceptum fuit hoc supra modū Deo Patri, dum de manibus istis recipit filiū Deum ipsum, quem ab æterno suo genuit intellectu. Candida columbarum portans oliuæ pacem nostram, & diuinæ signū reconciliationis. Prægrandi tenetur illi vinculo, genus humanum quæ Deum corporeum produxit & visibilem. Cū essent homines cæteris terrestribus creaturis dignitate superiores, im-

mortalibus illis substantiis, beatisque spiritibus cognati: iudicio & intellectu præditi, sic tamen omnium passi sunt iacturam, ut cultum exhiberint, altaria, arasque erexerint Soli, Lunæ, lapidibus, aliisque rebus omni adoratione indignis: & si radicitus velimus originem inuestigare huius talisque ignorantia: respondebimus, quod sibi persuaderent homines, & stupidè crederent, nullum esse debere Deum inuisibilem, iudicantes idem censerit, non habere, ac illam non videre: quam obrem elegerunt falsum potius creare Deum, idque ex lapide, ut eo modo haberent sibi præsentem; quàm adorare absētem, licet verum. *Fuerūt mihi lachry-* Ps. 41.
me mee panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus? Præ lachrymis & mœrore (asserit Propheta Regius) deficiebam,

ficiebam, summopere videre desiderans Deum incarnatum, cum enim Gentiles mihi Deos suos falsos digito demonstrarent: ego illis Deum meum & verum monstrare non poteram.

Cum ergo videri nequaquam posset in sua natura diuinitas illa immensa ab humanis oculis, ob infinitam disproportionem debilis & infirmi visus nostri ad lucem eius copiosam. *Non videbit me homo, & viuet.* Amor illi medium suggestit, & ingenioso vsus est stratagemate, concurrente Virgine Deipara Maria: in eius etenim visceribus illum reddidit visibilem, & homini socium, manente tamen Deo, in quantum Deo occulto, & cooperto, & apparente eodem Deo homine discooperto per Mariam: itaque vsque ad caelestis huius Reginae tempora, speculatiuum tantum habebamus de Deo notitiam: nunc autem practicam: sed Mariae hoc adscribamus: & D. Bern. hunc conceptum. *Habitat planè per fidem in cordibus nostris: habitat in memoria nostra: habitat in cogitatione: quia vsque ad ipsam descendit imaginationem. Quid enim prius cogitaret homo de Deo, nisi forsitan idolum corde fabricaretur? Incomprehensibilis erat & inaccessibleis. Cognoscebamus illum, sed interiori, non exteriori: intueri poteramus illum oculis animæ, non corpo-*

ris: per Mariam autem se nobis aperte manifestat. *Nunc vero comprehendi voluit, videri voluit: quòd si quaesieris, quoniam modo? Nimirum in virginali gremio cubans.* Mariae hoc debemus; illa corporeum formauit incorporeum, & visibilem qui solius erat intellectus obiectum, & nostræ studium imaginationis: & hæc tãta familiaritas, quã nobis Maria Deum præstitit vicinum & terræ nostræ esse dedit incolam, euidentius explicatur primo verbo libri Canticum: *Osculetur me* *Cant. 3.* *osculo oris sui:* quo Verbi diuini deposcit Incarnationem. Non trascunter notandus est loquendi modus: quare loquatur in tertia persona: *Osculetur me.* Recreat me, & lætificet, Pater filio suo: & nullã interpositã dictione, aut syllabã mutat ordinem, & loquitur in secunda persona multò quàm ante familiaris. *Quia meliora sunt vbera tua vino,* prius dicitur ille: nunc, tu. Fortè dicam arrogantiam, aut præsumptionem: hanc enim significant transuersi modi loquendi? Quomodo quis iure in Maria reprehendat arrogantiam, cum ipsa sit humilitas animique submissio? An fortè inaduertentiam dixerò velut eius esse potest, qui magnati loqui incipiens ob viri eminentiam sui oblitus in oratione illum titulis excipit humilioribus? Mul-

Exod. 33.

BERN

Ser in Nati-
uit. Virg. de
Aque ductu.

1

Deus per
Mariam fa-
ctus est visi-
bilis.

ed minus: est enim Virgo prudentiâ cæteris insignior, nec obliuisci cælestium potest colloquiorum, cui perpetua cum cælicolis est pia conuersatio. Quid ergo opinandum? aut quæ huius ratio? suam incipit loquendi rationem, quasi absenti loqueretur, & animo perpendens infinitam inter creatorem, creaturamque distantiam, ait *Osculetur me*: verumtamen Deum recogitans sibi ita unitum, in se reuertitur, quid dico? Quomodo sic loquor? Nûquid te possideo, video, teneo? meis cõstringo brachiis? *Meliora sunt vbera tua vino*: Quocirca ipsa Deum nostris obtulit conspectibus, & per Mariam semper adest visibilis.

Ad huius enodationem historiam referamus ex Plutarcho: Celebris quidam artifex statuarius vt palpum obtuderet Alexandro Magno, hæc ait: quod omnia monumenta quæ ad perpetuandam eius memoriam possent erigi, modica esset, indigna eius excellentiâ, nihil eius collata facinorum prærogatiuis: ipse verò vnâ erigeret in materia perpetua & constanti: huius autem figura esset mons Athos qui Prouincias Ma-

cedoniæ & Thraciæ separaret nam ex parte superiori formam videretur referre corporis humani: hic autem vocaretur mons Alexandri, & de duabus extremitatibus quæ ab illo promicabant quasi duæ formentur manus extensæ: ædificetur iuxta vnâ notissima ciuitas, quam vnâ cingat & amplectatur manu: atque ex altera vehementissimo profluat impetu fluius: quasi pelago aquarum suarum soluens vectigal. Huius fabulæ veritas Mariæ seruetur illibata: est enim mons Ecclesiæ altissimus: vnâ manu Hierusalem amplectitur triumphatam, & militantem: nam vnâ eademque est ciuitas, diuersis licet statibus florēs: atque ex altera flumen scaturit Verbi: prius enim per cãpos aruaque tantum defluebat beatitudinis, illo perfruentibus Angelis: nunc autem Maria eius aperit decursus, vt eo quoque homines gaudeant, semper illum offerendo; vt pote quæ Deum exposuit visibilem. Hæc diuinæ misericordiæ copiosissima fluenta hauriunt & delectabiliter gustant S. Rosarij precibus addictissimi &c.

PLUTARC.
de vita &
fortuna A.
Alexandri.
II.
Historia.

CONCIO
 PRO DOMINICA
 PRIMA MARTII.

T H E M A.

*Regina calorum vocari digna es : ex officio
 Ecclesie.*



VMANÆ felicitatis exordium, nostræ reparationis primitias, & gloriæ tuæ ô Virgo sanctissima hoc mense celebramus initia: quo te cælum titulo & dignitate coronat Regina Angelorum, atque omnium nomine paranympus Gabriel celsitudini tuæ flectit genu, recognoscens Angelicam dignitatem esse illi tributariam. Considero quod in duobus iisque plurimum diuersis, & quidem paruo post creationem suam tempore, statibus se luxit homo vixisse: primus erat iustitiæ originalis & gratiæ diuinæ status: quæ est naturæ diuinæ optanda quædam participatio: & in quo quasi amicus Dei, superior ac Rex creaturarum omnium effulgebat. Secundus erat culpæ, in quo viribus ira cunctis clanguit, vt

totus in eum quasi armatus orbis insurgeret: nominatim autem cælestes spiritus ab illa hora, se nobis declararunt esse inimicos. Nolo præterire D. Anastasij de hoc iudicium. *Disiuncta erat terra à calo & belligerabant Angeli aduersus hominem.*

Et hoc eo fiebat modo, vt cum sint Angeli misericordes & pacifici, gauderent tamen nobis posse inferre supplicium. Angelus ad ingressum stetit paradisi flammeo accinctus gladio, prohibens extorri Adæ regressum & ingressum. Angelus ignem & sulphur pluit super Sodomam. Angelus dictus percutiens primogenita trucidauit Ægypti. Angelus erat qui non nisi vnus noctis tempore centum octoginta quinque millia militum exercitus Assyriorum interfecit. Verumtamen in mundo natâ cælesti hac Virgine, gaudemus quòd

I.
 Angeli post culpam facti sunt nobis aduersarij.
 D. ANAST.
 Nic. q. 61.
 Co. 1. Bibb.
 PP.

quod mutata veteri conditio-
ne, Angeli hominum amore
languent: dum auersio muta-
tur in affectum, fugam, fami-
liaritatem, exigua conuersatio
in perpetuum commercium,
bellum publicum in notam
omnibus charitatem: ita vt ho-
minem in Maria cognoscentes
superiorem, quæ summa ima-
gine coniunxit & delapso culpæ
illum ad supremam extulit gra-
tiam, etiam se iudicent & fa-
teantur Mariæ esse inferiores.

Hæc est illa descriptio figuræ
atque structuræ magnifici illius
Templi Salomonici, in quo
multa licet spectanda se offer-
rent in auro & argento, valis-
que pretiosis: tamen oculos po-
tissimum rapiabant: *Malogra-
nata centum qua catenulis inter-
posuit.* Templum hoc umbra
erat lucis Marianæ, ipsa verò
Dei: malogranatū in diuinis &
prophanis litteris hieroglyphi-
cum præfert Regnatione fru-
ctus, cui natura coronam im-
posuit: charitatis etiam & a-
moris, seipsum expandens quo
rubea eius grana crescant: ca-
tena verò stigma est seruitutis:
catenâ namque vates Hiero-
nimas seruitutis præfagit Hiero-
salem. Igitur donec templum
illud Mariæ in mundo ædifi-
ficaretur, cum homo adedò abie-
ctus & Deus esset adedò excel-
sus, ad nostrum dedignabatur

venire carcerem, & ferrum tan-
gere seruorum iudicium: porro
Virgo sanctissima tantâ polle-
bat potestate, vt malogranatum
catenis copulauerit, Deum ho-
mini fecerit consanguineum, &
consequenter illam cælestes au-
lici vt omnium eminentissimam
adorarint.

Non vulgari intellectus acu-
mine hoc perpendit Albertus
Magnus: cum enim Gabriel,
Archangelus esset, in toto ta-
men Euangelio: *Missus est:* in
quo D. Lucas narrat eius ad
beatissimam Virginem legatio-
nem, illum non alio nomine
quàm Angeli compellat. *Mis-*

sus est Angelus Gabriel: Et in-
gressus Angelus: & respondens
Angelus. Quid hoc ò Domine:
si Archangelus sit, & fortè su-
premus totius Hierarchiæ, quo
iure titulum quo eius fulcitur
auctoritas, illi suffuraris? Quan-
tò amplior est legari dignitas,
tantò & mittentis est honor
illustrior. Meâ censurâ sine cul-
pa priuilegium illi nomenque
tollicur dignitatis, illi à sua in
gratia confirmatione conces-
sum. Ipse nodum soluat Albert.

Quod autem hic repetitur, nomen
commune Angelicum dicitur, &
ingressus Angelus: per hoc datur
intelligi, quòd omnino in ratione
nuntij venit. Ne fortasse quis-
piam arbitraretur Angelum
esse superiorem Mariâ: quando

Luc. 1.
II.
Gabriel cur
in Euange-
lio non di-
catur Ar-
changelus.

ALBERT.
in Marial.
circa: Et in-
gressus An-
gelus.

III.
Gabriel
non instruxit
Mariam.

Deus aliquem ad eum promoveret auctoritatis gradum, ut eum ad Mariam legatum creet & nuntium. adimit illi id omne quod dignitatem redolet & prælaturam: maneat illi titulus Angeli: cum enim significet *Missus*, seruitium tantum indicat, ministerium & obsequium: secum notam trahat serui, nomen serui: seruus etenim est Mariæ. Idem magis vrget Albert. illud attendens, quod ignorauerit vel illi permissum non fuerit obiectis à Maria Virgine dubiis respondere, sed illam ad Spiritus S. remiserit obumbrationem: *Spiritus S. superueniet in te.* Libenter audio ab ipso huius quæstionis enodationem: *Ne me interrogaueris* (inquit) *supra me est & non potero ad illud: Spiritus S. superueniet in te.* Quamuis enim tantò Deus nuntium honore affecerit: ut Mariæ mysterium hoc proponeret: illud tamen aperire, eamque plenius instruere, cum hoc Magistri ad discipulum inuoluat superioritatem, Deo reseruetur: ipse namque solus eius immediatus est magister & superior.

Omnia vnico verbo perstringat Albert. Magn. seruus Mariæ Virginis obsequētissimus: quod dum lego semper noua mihi occurrit difficultas. Virginem diuersis iisque præclaris profe-

quitur epithetis, his scilicet: *Mater sanctissimi hominis, Mater creaturarum, Mater Dei & hominis corporalis, Mater omnium hominum spiritualis, Mater machine mundialis, & Mater Angelica restorationis:* & mater, nulla excepta, omnium creaturarum. Quis comprehendat eam esse Matrem Angelorum: cum immediatè à Deo sint creati, eosque Deus in bono confirmauerit, ut in gratia constantes persisterent, & in gloria quâ nunc beati perfuuntur? Mulier esse potest, vocarique mater, siue ob generationem, siue ob sollicitudinem. Hoc deficere quis fortè dixerit in Maria respectu Angelorum: quâ igitur ratione eorum dicitur esse Mater? O præclaram Virginis dignitatem! Nemo se ab eius eximat iurisdictione & dependentiâ: quinimò & ipsi Angeli, qui à solo Deo dependent, & eo indigent: vult ipse ut saltem aliquo modo à Maria dependeat (nam eius intuitu illos in principio luce & splendore circumornauit) & quia esse independentè à Deo, indicat esse Deum: *Ego dixi: Deus meus es tu, quo* Ps. 136. *niam honorum meorum non eges:* dependeant saltem quoad nomen Angeli à Maria: & dicat Albertus, quod pleno ore eorum possit Mater appellari. Quo precor, melius Regina Angelorum.

ALBERT.
in Mar.
Quo in loco
Annuntia-
tio.
IV.
Maria ma-
ter est An-
gelorum.

Angelorum præcellentiam celebrabimus quàm ipsa Angelica salutatione: *Ave Maria?* Hoc epi honemate in celo soloque, ô Virgo dignissima, cælestes te laudant Hierarchiæ, (vt D. Athanasio credo) hymno auribus tuis vt dulcissimo ita gratissimo, in quo saltem ali-

quid decantatur eorum, quæ cunctipotens creatoris manus in te spectanda cumulavit insignia. Hoc suavi cantico Confratres eius S. Rosarij deuotissimi, Virginis celebrant encomia, suas recreant linguas, fœuent pectora &c.

*Ser. de Dei-
papa.*

CONCIO
PRO DOMINICA
PRIMA APRILIS.

THEMA.

*Ostendit eis manus & latus: gauisifunt ergo discipuli
viso Domino. Ioan. 20.*



ON inferiori elegancia quâ pietate contemplatur deuotissimus Abbas Arnoldus Carnotensis, vulnera Christi filij tui, ô ter maxima Domina, quibus aperte constat æterno Patri debitum humani generis esse perfolutum: tua quoque vbera virginea, fontes misericordiæ, columnas esse & fulcra Ecclesiæ fortissima, miserimo peccatori

ciuitates esse refugij, scuta in quæ diuinæ iustitiæ iræ irruunt, & acutæ gladij illius acies hebetes redduntur, etenim Pater æternus pretiosissimos in filio suo rubinos contemplatus, & instrumentum quod tenerè blandeque illum enutrit, in matre, vulnera & vbera intelligo, placatur, pacificatur, mitescit & ad misericordiam inclinatur. Quidni Auctoris verba proferram? *Christus nudato latere, Pa- tri ostendit latus & vulnera, Maria Christo pectus & vbera. Nec*

Bbb 3

ARNOL.
CARNOT.
de laud. B.
Virg. To. I.
potest Bibl. PP.

potest omnino esse repulsa ubi concurrunt & orant omni lingua desertius hac clementia monumenta & charitatis insignia. Diuidunt coram Patre inter se mater & filius pietatis officia: Inter matrem & filium cura diuiditur & salutis nostrae sollicitudo: filius Patri latus ostendit patulum, & cicatrices aperit effulgentes. Mater filio vbera sua pandit caelestia, Pater iustitiam suam in leuem mutat benignitatem: filius iram in misericordiam, etenim ad adeo fortia & potentia pietatis obiecta, nec Pater sanguini filij sui dilectissimi valet resistere: nec filius petitionibus matris suae charissimae repugnare.

I.

Vulnera Christi Patrem fleant ad misericordiam.

Aliquid circa primum dicamus. In sacratissimo suo corpore plagas reseruauit: sed quo animo? Ut flammium amoris eius nobis constaret incendium: cum enim se nequireret continere, toras per quinque erupit fenestras: statuitque illas ut perpetuum in Ecclesia sua arcum inter nubes & aquas quae quantum in illis est, eius conantur obfuscare clementiam: Iridem hanc caelestem Pater posuit in caelo humanitatis filij sui: quatenus quantumlibet ipse tuas scribat iniquitates ex vna parte, tantumlibet ex altera videat eas sanguine ipsius expunctas. Do similitudinem; si iudex contra capitulum reum scripturus sen-

II.

Similitudo.

tentiam, laeva grauiterque vulnerata manu triste vellet decretum exarare: quantum calamo scriberet, tantum defluente sanguine deleret. Audite vatem Evangelicum, *Non emisti mihi argento calamum: & adipe victimarum mearum non inebriasti me.* Et statim: *Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me: & peccatorum tuorum non recordabor.* O anima attende quod Deus manu teneat calamum: & si non credideris, dicat illud Balthasar Rex quando S. templi vasa prophanabat: & Iob vidit illum scribentem. *Scribis enim contra me amaritudines: verum ne animo despondeas, si videris illum calamo armatum: audi dicentem: Deleo propter me. Illo sanguine extinguo quid, quid hoc exaro calamo.*

Secundum spei nostrae argumentum est pectus virginale, quo filius placatur. Hinc apte notandum quod cap. 5. Cantorum voluerit sponsa (cum primaria sit quae in hoc libro describatur velut Regina, Maria Virgo praclarissima) vipote comis & vrbana, pates sponso laudes attribuere, quibus ab ipso fuerat cumulata. *Caput eius aurum optimum: coma eius sicut elata palmarum, gene illius sicut areola aromatum: venter eius eburneus: manus eius torpatiles: crura illius columna*

mar-

marmorea, quæ fundata sunt super bases aureas. Expendunt subtiliter hîc Doctores, quòd nullam non describat corporis eius partem, proprium cuique assignans encomium, tantùm non meminit pectoris seu vberum: nam licet vir, tamen vt pastor & nutritius noster, se habere vbera gloriatur: & D. Ioannes vidit illum, *Præcinctum admamillas zonâ aureâ.* Ingrauescit dubium: quia cùm sponsæ vbera sapius in hoc libro de prædicasset, ipsa tamen debita gratitudine non respondeat vberum sponsi prædicatrix. His non obstantibus facilis mihi patet responsio. Tanto voluit Deus honore matrem prosequi, vt nulla habeat alia quàm materis vbera: nec vel guttam sine illa, & sine illis effundat misericordiam: & sunt, velut vulnera clementiæ depositum. *Clementia monumenta.*

Apoel.
III.
Eadem
Christi &
matris vbera.

IV.
Similitudo.

Adornemus illud argumento philosophico. Postquam prouida mater natura ex materno sanguine in eius visceribus embryonem formauit, hoc iam ad auras prodeunte sanguis in lac conuertitur infanti sapidissimum: & idem qui puero materna adhuc aluo concluso esse dedit, iam natum conseruat. Antequam filij Ecclesiæ nascerentur, adhuc existentes in ventre Synagoga, alebat illos sanguis

Christi latentè & absconditè: quandoquidem antiqui, qui saluabantur, saluabantur vt dicunt Theologi: *In fide Christi venturi: vnde nominatur: Agnus occisus ab origine mundi.* Verum tamen imminente partus horâ in Cruce: sic eam Christus apud D. Ioannem vocat: *Mulier* Ioan. 16. *cùm parit tristitiam habet &c.* hinc Rachel formâ venustior in partu discessit: diuinus ille sanguis ex Cruce diffusus ad huius pedes adstabat Maria, fari sic liceat, eius vberibus receptus fuit, quem in lac conuertit dulcissimum, quo nutrit & fouet peccatorem tanta suauitate, vt dicat Rupert. illam pro vberibus habuisse Spiritum S. illud explicans: *Meliora sunt vbera tua vino: vnde percunctatur: Quid per vbera eius, nisi dulcedinem eius rectè intelligimus? Et quid est dulcedo eius, nisi Spiritus S. & Spiritus S. ipsa est dulcedo, vinculum Patris, & filius est amor personalis: quâ igitur ratione potest esse vbera seu pectus Mariæ: quæ licet sit aded sublimis & excelsa, inter ipsam tamè & personam diuinâ est infinita distantia? Talis est dependentia, vt quatenus morales obtineât misericordiam, & à Deo remissionem consequantur, & ipse Deus indignationem suam remittat; statuit vt eam à Maria consequantur: nam ipse Spiritus*

RUPERT.
lib. 1. in
Cant.

Spiritus S. à quo pietas originaliter procedit, in eius se collocat vberibus: vt si quis illum velit inuenire, nouerit certoque sciat, mediante Maria impetrandum.

V.
Maria ob-
ses mundi.

Modò patet mihi intentio D. Augustin. quando intellectus sui acumine contemplatus beneficia per Mariam humano generi concessa, exclamat: *O beata Maria, seculum omne captiuum tuum deprecatur assensum, te apud Deum mundus sue fidei obsidem fecit.* Orbis vniuersus de tuis ô Virgo cælestis manibus dependet: & eo modo quo Reges dum inducias pa-

ciscuntur, offerunt in securitatis tesseram, quod conditiones initi fœderis exactè custodient (hoc enim Latine significat, *Obses*) filios Principum: ita Deo pacem cum terra componente, hæc totam illam obrulit, quia pignus non erat illi pretiosius, diuinę Maiestati in obfidem: & acceptauit eam Spiritus S. atque vt homini fieret propitius, & eius misereretur, argumentum Pater ex signis filij sui, atque ex Virgine velut ex matre filius, & velut ex sponsa sibi dilectissima Spiritus S. inuenit.



CON.

CONCIO PRO DOMINICA

PRIMA MAII.

THEMA.

Paradisus voluptatis.



Nequam potentissima Dei nostri manus (ô Regina illustrissima) hominem formaret: priusquam homo suum videret creatorem: seipsum voluit Deus, ut opinor, hominis reddere hortulanum & cubiculorum præfectum: unde illi velut Principi palatium erigit, domumque præparat paradisum deliciarum: & sicut ille qui formabatur, futurus erat omnium terrestrium creaturarum perfectissima, suadebat æquitas, ut locus ei deputaretur quo nullis insignior; unde collocavit illum ad Orientem; totâ terrâ excelsiorem: ærem creavit nullis ventorum turbidibus inquietum, nulla nubium extensione obscurum, quæ clarioris illi cæli conspectum eriperent: nulla elementorum intemperie malè saluti-

ferum, nulla qualitatum oppositione contagiosum: vnicuique verbo: felicitas hîc summa, requies optanda, delicia ad votum: hoc etenim nomen eius indicat, *Paradisus*, id est ex Hebræo, *voluptas, delicia*. Ex quo plurimis transactis annis, mortis ferocissimæ falce nõ demessus, corpore & animâ, ad cælum trãsserretur Empireum: existens; ut atrium quoddam seu præambulacrû patriæ illius cælestis: sic enim interpretatur *Paradisû Casaneus: Paradisus, id est parans Dei visum*. Dispositio quædam, & gradus ad Dei conspectum. Ut autem dum cætera omitto, Deus hoc intendebat, dum hominem ibi collocat: *Ut operaretur & custodiret illum*: quod de ipso Adam multi intelligunt; ipse vero, nec scivit, nec voluit seipsum custodire, loci iacturam incurrit: quem culpa ex summo deiecit ad infimum, Principem transuertit in opificem diurnum,

I. Paradisi etymologia.

CASAN. Cash. p. 12. Confid. 2.

num, Sceptrum in aratrum, coronam Regiam, qua illi tempora cingebantur, in sudorem ex illis distillantem, quo sibi victum lucraretur. *In sudore vultus tui vesceris pane.*

Gen. 3.

Rom. 5.

Verumtamen sicut attestante Apostolo, *Ubi abundauit delictum superabundauit & gratia*, in locum paradisi, ex quo eiecerat hominem extorrem, duos illi dare meditatur, sed securiores, & fortiores. Vnus ipse erat: nam sicut filius qui tanti facie matrem suam, nobis accessum tradet ad secundum, Virginem scilicet, cui primi creati paradisi restituit honorem & integritatem. Omnibus notum est ex Euangelio Christum vocari Nazarenum potius quam Bethlehemiticum vbi natus est, cum illa esset eius patria. Hic duæ nascuntur difficultates quæ non leuiter Expositorum torserunt ingenia: ex quo loco S. Paginae hoc Saluatori cognomen eliciatur: & qua de causa ciuitatem illam elegerit in frequentiore suam habitationem. Opinantur nonnulli hoc colligi ex libro Iudicum, dum Angelus natiuitatem annuntiauit Samsonis: eleæi in ducem populi Dei contra Philistinum, qui Christum expressit: Dixit Angelus parentibus eius: *Erit puer Nazareus Dei*, Et in benedictione Ioseph: *Fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazaraei eius*. Sed nequa-

Iud. 13.

Gen. 49.

quam satisfacit vt probat Doctor à Palatio: quia in illis locis scribitur Nazarenus per S. quod in Hebræo significat Sain, & Christus vocatur Nazarenus per Zade vt patet legenti titulum Crucis qui Romæ asseruatur: sic enim scribitur: *Iesus Nazarenus*: non *Nasarenus*: nam in lingua Hebraica diuersam habent significationem: quandoquidem *Nazarenus* significet, *Custodem, vastatorem, germen aut florem*: *Nasarenus* autem id est: *Sanctus*. Conueniunt autem priores tituli optime Saluatori: vnde in Iob: *Quid faciã tibi & Iob 7. custos hominũ*: Custodia Hebraicè legitur *Nozer*, id est, *Nazarans*. Et hic innotescit mysterium huiusque aduentus Dei in mundum: enim sit ipsa sanctitas, eum Iob illo nomine compellat, quod custodiam nostram, & protectionem inuoluit: hæc autem eadem bonitatis diuinæ dignatio: quæ primum supplet paradysum, in quo homo ipse se custodire debuerat, non minori custodia quam seipso illum custodiens. Secundus & cælestis Paradysus est Virgo Maria. Hoc titulo decoratur à D. Iacobo, vt constat ex sexta Synodo generali, in qua eius Missa seu Lyturgia confirmatur. *Tibi plena gratia, vniuersa creatura granulatur, quæ es paradysus*. Et S. Ephrem: *Paradysus voluptatis*.

In cap. 2.
Matth.D EPHREM
Orat. de
laud. B. Ma-

Hoc igitur asserto, adest Rueria, peritus

REPERT.
lib 4. in
Cans. c. 4.
Emissiones
sua paradisi.
sue.

Petrus pijsissimus pariter & subtilissimus; & paradysum hanc considerat terrestrem, suosque oculos in Mariam reflectens grauem, notatuque dignam profert ad eius elogium, sententiam. *Nec paradysus ille hominem custodire potuit. Quasi præsens aditaret dum de diuinis manibus formatus prodiret hic paradysus: Deoque obli- ceret: attende quid plantes o Domine, fieri nequit, vt locus hic hominem custodiat. Siste Doctor Sanctissime: quare non? quid obest? Si Deus illam in paradysum introducat, si ipsum eo sine plantauit: si illum Adam gratia dotatus, & Dei amicus ingrediatur. Dico: in illo constans non permanebit. Casus hic est: hanc hominum custodiam ita Deus æmulator & zelat, quia hoc ministerium sibi & Mariæ seruabatur, vt ne quidem in figura & umbra diu esset alio custode lætaturus, quam Deo eiusque matre, cui post ipsum omnem adscribi voluit sortem nostram vitæque felicitatem. Non me contineo quin eius ore loquar: Quoniam ergo non profuit illis parentibus primis introductio illa in illum paradysum, non obseruato præcepto quod acceperunt: iterum plantatur alius paradysus, quem ingredientibus, lignum vitæ æternæ comedamus & non moriamur, & ista sunt emissiones dilecta, Virginis scilicet Ma-*

riæ. Non te locus hic o Adam conseruabit: Mariam expectat nam in illo paradiso de arbore comedens, morieris, hic autem viues: & quoscumque paradysus hic Maria flores produxerit, tibi proficient ad vitam, ad solamen, ad subsidium, ad protectionem: cuius vnicum bonum custosque est Maria.

Conceptum hunc expolit Albert. Magn. nam inquit cut Archangelus Gabriel legatione functus ad Mariam Virginem à proprio nomine Virginis non sic exorsus: *Aue Maria*, sed tantum: *Aue gratia plena*, locus per circumlocationes: Ecclesia verò sic eam salutet: *Aue Maria?* Num forte legati cælestis Ecclesia corrigit nominis obliuionem? Quis hoc credat cum plenam perfectamque detulerit ex diuino Concilio verborum singulorum instructionem? Hoc colo mysterium respondet Albert. Angelus enim Virginis attendit propriam dignitatem, gratia plenam, & infinitis dotatam priuilegiis: vnde sic exorditur. *Aue gratia plena*: Ecclesia verò considerat, quid in ipsa sit nobis ad vtilitatem: vnde sic eam salutet: *Aue Maria*, cuius eminentissimum nomen omnes significat vtilitates: lucem diuinam, stellam maris; atque ad eius significationem voluit Deus vt sicut ipse præposuit ad nostram salutem titulo Sancti qui

IV.

Ecclesia merito addidit salutationi Angelicæ nomen Maria.

III.
Maria secundus paradysus.

est Nazarenus titulum custodiae nostrae, quam indicat vox Nazarenus, ut diximus; ita in Maria præponatur emblemata misericordiae illi quod dignitatem eius denotat, & recepta à Deo infinita beneficia postponantur illis, quibus ab ipsa homo cummulatur. Prodeat Alberti sententia. *Ecclesia verò nomen Mariae apposuit in salutatione ad gratiâ plena, ut per gratiâ plena recolat beatissima Virginis dignitatem: per Maria, inclinet eam ad nostram necessitatem: ipsa enim gratia plena per influentiam divinae bonitatis, data est nobis stella Ad aris Maria. q. d. Cum in Maria propriae sint prerogativae illi soli, nulli creaturae communicatae, & similiter beneficia quae confert hominibus, sollicitudo & cura quam de eis habet, protectio quam in Maria statuit hominis necessariam cala-*

micatibus. primò referantur hæc dona, quae mortalibus communicat, quae denotantur in eo quod eam proprio nomine prius salutemus, quod tota nobis sit ad salutem, & Angelo permit- tamus, ut prologum suum incipiat à dignitatem eius admiratione, atque ab eo quod in se sibi que est. Illustremus hoc, & conclu- damus D. Antonini stupendam verborum eloquentiâ. Per hoc quod addit Ecclesia Maria, in- tendit eam inclinare ad nostram necessitatem subleuandam. Primo loco nomen statuit Mariae quatenus primum quod nostrae pronuntiarent linguæ, & ipsa primum audiret, nomen esset Mariae: illud etenim audiens quasi vi propellatur, ut nobis faueat, nos defendat, nos amplectatur, ut caelestis paradisi, quo protegamur, quo defendamur, quo custodiamur.

ALBERT in
Maria circa
Ano Maria.

D. ANTO-

NIN. 4. P.

tit. 15. c. 14.



CON-

CONCIO

PRO DOMINICA

PRIMA IUNII SEV PENTECOSTES

THEMA.

Spiritus S. superueniet in te. Luc. 1.



ETA nobis hodie festiuitas occurrit, quia Deus ætuoatissimo satisfacit desiderio quo ab omni flagrauit æternitate (ô Virgo beatissima) ve torus in serenissimam tuam Maiestatem amor superueniret diuinus, tibi que obumbraret. Hodie mihi constat, quod te vt quid diuinum excipiat: quandoquidem nouo descendat: modo Spiritus S. & particulari illapso in tua ô Virgo viscera caelesti illi insideat capiti, illud coronans: etenim indicans exiguum nimis diadema stellarum vndecim, tor, inquam, Apostolos in cenaculo residentes, Spiritus S. seipso te coronat & constituit in Regnam, quæ potens sis flammæ eius in terrâ de cælis attrahere. Ferculū illud quod Salomon ad magnitudinis suæ extraxit iactantiam, quo vectus magnificus ille Monarcha plateas ob-

ambulabat Hierusalem. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon: per quod communi omnium Expositorum iussu Maria intelligitur: fuit etenim illud quo vecta in mundum descendit persona filij & Spiritus S. Ferculum, inquam, illud dicitur amoris ornatum emblematis. Media charitate conseruit. Vnde ipse amor personalis nempe Spiritus S. illam ingressus est, amoris vi Maria compellus. Combustum charitate in vnam de filiabus Hierusalem: legit Rabbi Abenefra, & feruentissimus ab Apostolis prædicator D. Vincent Ferrariens. mihi licentiam concedit, quâ dicam, vt ipse dicit, quod Deus orationi precibusque B. Virginis aduentum Spiritus sui alligauerit, & hoc spectat Euangelista, quando ait: oratione Apostolos se cum B. Virgine ad missionem & receptionem Spiritus S. præparasse. Erant perse-*

Cam. 3.
I.
Maria fecit
colum est
Salomonis.
II
D. VINC.
FERRAR.
Ser de Pent.

Luc. 24.

uerantes in oratione cum Maria matre Iesu. Hoc est in vnam vel propter vnā ex filiabus Hierusalē.

Indubitatum habemus in fide & Theologia, prout declaratur in materia de Trinitate, quod Pater, vt summum bonum, ab æterno communicet filio suam essentiā & attributa, & vtraque persona Spiritui S. quæ est eorum nexus indissolubilis. Spiritus S. sicut non potest habere, in diuinis, aliam personam cui se communicet: tantum enim tres sunt, & inclinationem tamen haberet vt amor diuinus seipsum manifestandi, hoc effecit per singularem valde gratiam in Maria: & cum iam non sit possibile, illi dari quartam personam, tribuitur illi Maria, in qua suum expleat desiderium. Ex quo considero quanti illā faciatis, si namq; linguas velit distribuere, facit hoc in gratiā Mariæ. Quamobrē Abbas Rup. egregiā planè & particulare addit auxilium: asserens, quod quidquid vnam sciuerunt Apostoli, & scripserunt Euangelistæ, totum hauserint, eos D. Virgine instructe: quocirca eam illorum inscribit Magistrā: *Magistra magistrorum, id est, Apostolorum*: cui hoc addit: cum enim posset eos, Spiritus S. per seipsum instructuere, hoc tamen B. Virgini detulit, vt ab illa, instructeatur: *corrigo me* (inquit Rupert.) *dum duas distinguo linguas:*

quia lingua Mariæ, eadem est quæ Spiritus S. & idem locuta est Maria quod Spiritus S. Ipsum audio percunstantem. *An quia Spiritus S. illos docuit, idcirco tuæ vocis magisterio non opus illis fuit? Imò vox tua, vox illis fuit Spiritus S.*

Voluit Deus miraculum hoc gratiæ, & inter natos mulierum supremum, Ioannem, inquam, feruentissimis amoris flammis accendere: cum autem efficere posset absque alterius cuiuscumque opera, tanquam Dominus absolutus in creatura sua quidquid illi placeret, decernit tamen vt Maria proficiscatur ad domum patris eius Zachariæ. Ingredditur Mariæ, ipsaque pedem inferente, subintrat Spiritus S. vt iam nihil amplius cum detinere videretur quam vox salutationis Mariæ, quo animam illam frigidam, & tenebris immersam accendere valeat & illuminare: si namque loqui oporteat & operari Spiritum S. hoc fit, per manus linguamque Mariæ Virginis. Hoc mihi confirmat eleganter Episcopus Ticus Bostren. *Non prius quoque repletus est Spiritu S. quam ea quæ Christum Dominum utero gestabat illi se adiunxisset: id ipsum quoque Virgo de se adstruit. Ego feci in calis, vt oriretur lumen in deficiens.* Ne tibi noua videatur phrasis: hæc loquendis: quia tanta plenitudine lux

RUPERT. in
Cant. ubi
pascas. lib. I.

LUC. 3.

III.

Per Mariam
venit Spiritus
S. in
Ioannem.

T. IVS BO
STRENS.

LUC. 1.

ECLI. 24.

II.
Spiritus S.
& Mariæ
eadem est
lingua.

lux diuini Spiritus splēdebat in Maria, vt si in cælis possit deficere, deficeret vt esset in Maria; cælis ipsa multò digniore. Rogo placet nomine cælorum intelligere Apostolos cum multorum opinione: & videbimus, quòd si in ipsis lux esse debeat, Deique cognitio, sit oportet Maria mediantē.

IV.
Maria docuit D. Ioā.
nem Euangelistam.

Ex hoc plano principio dubium enodo, quare D. Ioannes inter cæteros Apostolos Theologiæ laureâ coronetur, dicaturque antonomasticè Theologus, & cui Deus secreta reuelauerit insigniora. Notanda venit altitudo ad quam ascendit scribens Euangelium, ad quam ipsi Angeli non pertingunt: inspicendus est liber Apocalypsis, de quo testatur D. Hieron. tot eum scaterē mysterijs, quot verbis: *Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta, quot verba.* Communis fuit hæc esse responsio, quòd sicut Virgo, & qui super pectus Domini in cœna recubuerat, inde fluuios hauserit eloquētiae. *De ipso Dominici pectoris fonte potauit, canit Ecclesiā:* sed aliam omnino singularem profert rationem D. Ambros. Quæro (sic ipse) an non Ioannes cæteris familiaris cum B. Virgine est conuersatus? Concedo. Pignus illius est & mater specialis à filio apud crucem commendata. *Eccē mater tua, &*

D. Hieron. in
Prolo. Apoc.

1648, 19.

ex illa hora accepit eum discipulus in suam. Si omnes igitur Apostoli & Euangelistæ D. Virgini suam acceptam referre debeant sapientiam: & Ioannes magis indiuiduus illi adhæserit, eā frequentius sit comitatus, eius scholam diutius frequentarit, dulcissimis eius verbis fuerit delectatus: quid miramur si plura cæteris nouerit, eiq̃ue sapientia omnibus sublimior anteponatur. *Vnde non miror præ cæteris locutum fuisse mysteria diuina, cui præsto erat aula cælestium Sacramentorum.* q. d. Lingua est Spiritus S. Thesauraria est scientiæ Dei, aula est & vniuersitas omnium scientiarum, *Aula cælestium Sacramentorum.* Qui cum que igitur eam diligentior frequentarit auditor: discipulus euadet, imò Doctor eminentior. Vnde deuoti S. eius Rosarij, vt p̃ore consideratione linguæque ad eò illi proximi eamque salutantes, sapientiam nouerunt sanctorum, nempe animas suas saluandi: cum tanta multitudo hoc medio tanto bono perfruatur.

Ad horum igitur gaudiorum celebrationem, quibus sanctissima hæc anima demulcetur, nos ipsos comites adiungimus, ô Princeps cælorum inclytæ Sis *Illuminatrix*: illumina si quem fortè cæcum hæc inuenieris; sis ignis, & corda calefac

D. AMBR.
De instrum.
Virg ad Eu-
geb. c. 7.

conge-

congelata igne Spiritu S. tecum enim velut cum sponsa suum diuidit suosque titulos: si namque consolator est, tu consola-

trix: si lux, tu deducis nos: si ignis, in illo ardes: si ille Dominus gloriæ: tu ô Maria, Mater es gratiæ &c.

CONCIO

PRO DOMINICA

PRIMA MENSIS IULII.

AD VESPERAM, SEV IPSO DIE, VEL PER
OCTAVAM VISITATIONIS.

T H E M A.

*Vnde hoc mihi ut veniat mater Domini mei
ad me? Luc. 2.*



OCCURSUS præparantur, festa celebrantur, iubilationes instituuntur in domo cognata tuæ Elisabeth, ô Regina præclarissima, ô Domina potentissima, monticolæ & pastoris Iudææ prodeunt te recepturi, felices ergo sunt eius rupes, eius campi fertiliores & fecundiores quos diuinis tuis caleas vestigiis, quàm aquis rigati crystallinis; nam de sublimibus collibus per humiles suas valles denatant, vt gaudium illud cele-

brent vniuersale nunc omnibus, tunc autem particulare & intra vnus domus limites: nos ipsos illis associamus Confratres Rosarij: beatissima est hæc fors nostra sed te mediatrice: cum illi pedes alafq; tribuas, qui prius manus habebat rigorosas, conuertens vltionis Deum in Patrem misericordiarum.

Ingrediar argumentum hoc virgæ armatus mysticâ Aaronis: quando ambitionis igne flagrante, & arripiente principes & capita Tribuum Israel, Deus Moyfi præcepit, vt duodecim virgas

Num. 17.

1.
Virga Aaron
figura Ma-
ria.

virgas reponeret in tabernaculo, & quæ mane floruiſſet, Domini ſui ſceptum indicaret, firmaretque Sacerdotium eius familiæ legitimum perpetuum. Ad auroram, cunctis redeuntibus de virga Aaronis: *Turgentibus gemmis eruperant flores, qui folijs dilatatis in amygdalas deformati ſunt.* Obſtueo nullam hinc radicem oriri, ſi ergo Domine, nihil illi deſit vt arbor ſit, cur illi fundamentum eius tollis, & per quod virtus illi omnimoda communicatur, nempe radices? Aliqui reſpondent, ad noſtram aptè inſtructionem: cum ſit enim virga Sacerdotis, quia hi perſonæ ſunt Deo conſecratæ, eiusque præſentiæ proximi, licet homines ſint, quia in terra viuunt; porro eorum conuerſatio & communicatio, arbor ſit ſine radice, qua terrenum vel minimum amplectatur. Myſtica hæc eſt Eccleſiæ ceremonia, dum Episcopus primam conferens tonſuram capillos abſcindit in modum crucis, aitque: *Dominus pars hereditatis mee.* Si namque crines quia multi ſunt, & diuiſi, curas ſignificant temporales, quæ varijs hominem occupationibus fatigant & in diuerſa rapiunt: habeant illos pauciſſimos ingredientes Eccleſiam, & ad primum in illam ingreſſum, illis tanquam ſuperflui derondeantur propter ſtatus dignitatem

ad quam adſpirant. Proferamus D. Bernar. huius rei teſtem: *Clericus qui partem habet in terra, non habebit partem in calo.* Itemque *Clericus ſi quippiam habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus.* Eccleſiaſticus qui cor ſuum fixit in terra, in cæleſtem non intrabit gloriam: ſi quid extra Deum poſſederit, timeat à Deo ſeparari. Verumtamen ſermo noſter B. Virginiem complectatur. Virga nuda rigorem denotat iuſtitix. *Viſitabo in virga iniquitates eorum.* Virga autem ramis floribusque ornata, diuinæ ſymbolum eſt miſericordiæ. Columba adduxit ad Noë ramum *virentibus folijs.* Et Incarnationis beneficium homini à Deo præſtitum ſub virga promittebatur florida. *Egredietur virga de radice Iſſe.* Radices appellare poſſumus brachia, quibus arbor vicinum elementum ſecum arctiſſimè conſtringit: ſic vt nullis poſſit viribus auelli, niſi partem ſecum trahat eiufdem terræ, in qua plantata conſiſtebat Arca teſtamenti: notiſſimum eſt Mariæ prototypon: Virga Verbum prænotat. Eleganter hoc explicat Olympiod. *Virga Aaron, quam germinaffe credimus, nuceſ protulit, ſignum gerens Saluatoris.* Dum ergo Deus, qui Virga eſt vicinus arcæ collocatur, id eſt, Mariæ, & ille qui Patris erat filius, filius ſit Mariæ, nullam in

D. BERN.
Declamat.
ſup. Ecce nos
reliq. omnia,

Psal. 82.

Gen. 8.

Iſai. 11.

OLYMP. 13
c. 12. Eccl.
Tom. II. BB.
PP.

Ps. 15.

eo notabis radicem, non hæret immobilis, & fixus: impellit illum ad iter, alis vrget, & velociter cogitur incedere: vt mortali- bus incipiat esse beneficus, & in huius veritatis signum, nul- lam habeat radicem, licet virga arbor sit: per Mariam etenim Deus volat, vt mundo nondum ortus sua conferat beneficia.

Fortius vrget præsens argu- mentum Archiepiscopus noster Florentinus D. Antoninus: ait enim: *Die qua nata est Maria, impositum est & nomen Maria* Indubiè non vacat mysterio quòd in reliquis octauus expe- ctetur dies, vt mos erat in po- pulo Dei: quoad Virginem au- tem, nequaquam. O gloriosi Vir- ginis progenitores Ioachim & Anna, quæ vos tantopere pre- mit ratio? sustinete modicum: Necdum quis vobis congratula- tus est ob receptam à cælo illu- strissimam hæc Reginam, quam cælum suam fore non dubitat: & vix in mundum intravit, & iam titulum quo recens natam vocetis, inuenistis? Inuenimus. Vt enim nomen eius hominum indicat vtilitatem, ilico nomen hoc illi imponatur: ab hac ete- nim hora, incipiunt Deo cre- scere alæ quibus per Mariam velox accurrat nobis ad subsi- dium.

Exponit hoc illustrius D. Cy- prian. Africæ Cicero. Litteras dedit hic ex Concilio Fido Epi-

scopo, qui sententiam hanc a- crius defendebat, infantes non nisi post octiduum baptizan- dos: fundamentum eius hoc e- rat, totidem diebus dilatam fuisse circumcisionem, Sacra- mentum veteris legis, nouæ fi- guram & vmbra. Postquam autem D. Cyprian. diuinâ fluës eloquentiâ, probasset in lege gratiæ, nullam necessariam esse dilationem, aut morâ, quinimò eò factum esse melius, quò ci- tius, hac notanda concludit sententia: *Nam Deus, vt perso-* nam non accipit, sic nec ætatem, cum se omnibus ad cælestis gratiæ consecutionem æqualitate librata præbeat patrem. Vnico verbo omnia dicit. Deus pater est be- nignus, nec ætatem attendit, nec tempora, nec amoris eius sustinet pectus videre: coram se puerum octo diebus inimicum suum, iræ filium, ilico baptize- tur, nec tantam patior moram. Nomen igitur Maria capiat eo quo nascitur momento: tan- ta namque velocitate prodit Deus eius gratiâ nos beneficiis donisque cumulaturus, vt ante- quam in terram descendat no- uem elapsis mensibus, de virgi- nali ferculo, & fortè nec vno die post acceptam ab Angelo salu- tatione, Deum ipsa adducat: imò Deus ipsam adducat, prænuntiū suum Ioannem sanctificaturus. Hinc liquet dubij cuiusdam so- lutio, quod communiter in hoc myste-

D. ANTO-
NIN. 4. p. 11
sul. 15.

II.

Maria no-
men, citò
illi imponi-
tur: ad Fi-
dium.

D. CYPR.
Ep. 59. de In-
fantibus
baptis.

myste-

Luc. 1.

III.

Elisabeth
exclamatio
acutè per-
penditur.

mysterio proponitur. Cur Elis-
abeth exclamarit: *Vnde hoc mi-
hi, ut veniat mater Domini mei
ad me?* Vnde mihi tantum bo-
num? Vnde mihi quod in tugu-
rium ad eò humile subintrat
mater Dei mei, & Domini me
visitura? Compeſce vocem glo-
riosa sterilis, nunc autem fe-
cunda ex puero omnium san-
ctissimo: si quid noui, adhæſit
tibi nonnulla rusticitas ex mon-
tibus, & collibus quos inhabi-
tas. Ingreditur Deus cum matre
Virgine domum tuam, huic ap-
plaudes visitationi, atque de il-
lo nec verbum de promissis. Quid
enim dignius est, quod te crea-
tor viſitet, vel creatura, diuina
licet ad eò sit ac Maria esse com-
mendatur? Nec hoc leue du-
bium, vtpote quod perpendit
D. Laurent. Iustinian. *Et notan-
dum quod non dixit: vnde hoc mihi,
ut veniat Dominus meus ad me,
sed mater Domini mei?* Quæ igitur
causa vt terminos transpo-
nat? Sine eam, etenim Spiritus S.
quo iam plena est, illam de di-
cendis plenius erudit. Casus hic
est: Considerabat Elisabeth in

virginali hac arca Deum, & o-
culos reflexit ad diuersum illi
modum eumque antiquum visi-
tandi amicos etiam maximè in-
timos, fragore tonitruum, hor-
rore fulgurum, vmbriſ, cali-
gine, procrastinationibus; à ſua-
uitate, comitate, ac benignitate,
qua nunc ingreditur: & cum
idem sit Deus: nunc ita mutatus;
ad eò benignus & leuis: olim to-
nando, hinc per terram inceden-
do: bene mulier intulit pru-
dentissima. Tanta lenitas,
tanta affabilitas, velocitas
tanta, qua calamitatibus nostris
subuenit, à matre illi profuit:
Virgo adducit illum: primus
exterior effectus Incarnationis
hæc est visitatio: & itinera, quæ
nullus de cælo ad terram per-
ambulauerat, aperiunt vestigia
Mariæ in modum ferculi: cu-
ius gloriæ splendoribus, si splen-
dore lucemque comparaueris
Angelorum; vmbra esse dixe-
ris: quocirca vt Deo gratias a-
gat, virginem celebrat, in qua
cuncta perficiuntur. *Vnde hoc
mihi &c.*

D. LAUR.
IUSTIN.
S. de S. Ioan-
ne.

CONCIO
 PRO DOMINICA
 PRIMA AVGVSTI.
 PRIDIE VEL IPSO DIE
 TRANSFIGVRATIONIS DOMINI.

THEMA.

Mulier amicta sole. Apoc. 12.



LORÆ splendores, diuina licet dispelatione absconditi (ô Regina formosissima) de filij tui emicant facie: planè confido, quod nolit sibi soli hanc seruare gloriam, quin & mater illâ quoque recreetur. Saltem D. Ioannes illam vidit amictam sole, quo signetur solem iustitiæ Virginis intima penetrasse. Hodie totam illam lucem spectemus in Maria, quam humana nequeunt lumina contemplari, Desponsata erat Maria Ioseph, & referente S. pagina, donec Verbum illud diuinum de castissimis eius prodiret visceribus, eiusque ille vidit brachiis constrictum: *Non cognouit eam Ioseph donec peperit filium suum primogenitum.* De hac cognitione cum aliis sic loquitur D.

Thom. *Quidam verò hoc referunt ad notitiam visus: sicut enim Moyse cum Deo colloquens glorificata est facies, vt non possent intendere in eum filij Israel: sic Maria claritate virtutis altissimi obumbrata cognosci non poterat à Ioseph donec pareret, post partum autem agnita inuenitur à Ioseph specie faciei.* Sicut enim ex familiari cum Deo colloquio tanto facies Moyse splendore radiavit, vt lucem hanc oculis populi temperaturus, velum illi superiniecerit; ita Mariâ rotum in se complectente Deum, idque tanta differentia à Moyse, quanta cognoscitur inter matrem & seruam, inter vnionem in carne substantialem, & gratiæ, quid miramur, si nullus, nec ipse Ioseph illam inueniri potuerit, quin excæcaretur? Idem confirmat eius Magister Alber-

D. THOM.
 3. p. q. 28. ar.
 3. ad 3.

I.
 Mariam
 Ioseph non
 cognouit:
 explico.

ALB. MAG.
in Marial.

tus Magn. *Ioseph Mariam facie ad faciem non cognouit, id est videre non poterat, quam Spiritus S. à conceptione penitus implenerat, & ideo non cognoscebat facie ad faciem quam desponsaret, donec uterus euacuaretur.*

D. EPIPH.
hæres. 78.
contra An-
tidicomeria-
nitas.

Licet his annectere sententiam D. Epiphaniij Episcopi Constantiensis in Cypro, in hoc pūcto mysteriis grauidam, quoad Virginis excellentiam: nam explicans illud: *Ioseph non cognouit eam &c.* Sic ait: *Mulierem quidem nouerat ipsam, formatione, & feminam natura ex matre Anna, & ex patre Ioachim, & cognatam Elisabeth, ex domo & familia David. Non nouerat autē, quod tali gloria honorandus esset aliquis in terra maximè mulier; non igitur cognouit ipsam donec vidit miraculum.* Conceptus ergo Sancti hic est: Si illam non videre (sicut vidimus) refertur ad visum corporalem: quomodo fieri potest quòd Ioseph non videat quam vidit? Illam cum qua loquitur & intra easdem portas domumque communicat? Viuit in eadē domo Ioseph cum Maria, & quod illi interdicitur cessatio à diuinis, id est à conspectu faciei illius diuinæ? Respondet: distinguendum cum Metaphysicis. Nouit assertiuè quòd mulier sit filia Ioachim & Annæ, cognata Elisabeth ex regali Davidis orta progenie, nec esse possit Deus

Maria: huc vsque bene eius altitudo ascendit intellectus: porrò mentis aciem reflectens, & considerans, quòd mulier pura creatura totum suum visceribus Deum comprehendat, hæc illius excellentia tantum in facie splendorem lucemque producebat, vt eam nec videret nec cognosceret, donec videret eam solem hanc brachijs suis gestantem: tunc etenim, cum nube prodeat contactus humanitatis, & licebit, & videre poterit: antè verò, nequaquam.

Producit natura fecunda mater clara metalla, crystallum constringit transparentem, & diaphanam: cuius si rationem inuestiges à Philosophis: respondebit Hispanus Cordubensis Seneca: ad conficiendum ex illis specilla, quibus lucidissimum omnium Planetam, solem inquam, liceat intueri, temperata in illis excessiua eius claritate: *Non in hoc scilicet vt ad speculum barbam faciemque vellere-
mus, aut vt faciem viri poliremus, in nulla re illa negotium luxuria concessit: sed primum omnium, quia iubet illi oculi ad sustinendum cominus solem, ignoraturi erant formam eius, hebetè illum lumine ostendit.* Non ea Deus intentione specula creauit, vt mulieres, virique effeminati tempus insumerent, ad illa se poliendi, & componendi, sed ad conspiciendum solem, eiusque excessiuam

SENECA
l. quas. n.
tura. c. 17.

II.
Ratio speculorum.

lucem, in flumine, lapide pretioso vel crystallo moderatam. Hoc medio Deus vsus est, quo in terra cerneretur, & mater similiter, quatenus mortales eam valerent intueri, Deus in natura sua inuisibilis est. *Non videbit me homo, & viuet.* Et licet beatorum opuli in patria sicut ad eum perspicaces, specilla tamen illis apponuntur, id est lumen gloriae. *In lumine tuo videbimus lumen.* Quid remedij? Fons & speculum: nam & fons & speculum Maria commendatur. *Fons hortorum: & iterum: Speculum sine macula.* Et Maria quo medio videbitur: excæcat enim: sortes mutantur: fiat Deus fons & speculum. Apud igitur dicit Epiphanius, quod sicut vsque ad Mariam Deus erat inuisibilis, ipsa verò illum reddidit visibilem: ita donec Deus ex castissimis eius prodiret visceribus, se statuens ut speculum Mariæ, erat ipsa quoque inuisibilis, nec eam poterat videre Ioseph, *Donec peperit.*

Deinde Deus lucem omnem & solem collocat in Maria: quia nec ipse mortales sine Maria valebat intueri: nec illi poterant sine Maria ad Dei conspectum ascendere. Primum asserit D. Bernardus, elegantissima quadam allusione ad mulierem, de qua refert Euangelium, quod amisit drachmâ *Accendit lucernam:* hæc prima est, qua inueniatur, diligentia. Reliquæ huma-

ni generis gemma erant perditæ, & accendit Deus lucernam Mariam, inquam, beatissimam, ut illas inueniret. Audio Bernardus exclamantem: *O campus luculentissimus, quantos latificasti, quando splendore Dei illustrata desideratum illud lumen, quo inuenta est drachma decima sedentibus in umbra mortis protulisti!* Secundum autem quod nec homo viribus pollebat ad videndum Deum sine Maria ex loco quodam probatur insigniori. Diuina Maiestas honoratura feruentissimum nominis sui zelatorem Eliam curru rapuit illum hinc igneo, tulitque in paradysum: ante receptum hunc fauorem accedit ad Iordanem, diuidit transitque sicco pede eius aquas, & ad earum ripam currum inuenit igneum, quem iussus ascendere transfertur in paradysum. Mysterium hæc notat doctissimus Origenes, & ait: *Aptior enim qui subueheretur factus est baptizatus in Iordane.* Transmissis, fluentis Iordanis aptatur ad cælorum ascensum. *Aptior:* ad votum tunc currum & aurigam habebit cælestem: non capio: nam aquæ illæ igni contrariæ, quam Prophetæ virtutem infuderunt? Cùm ardores hi contrarij sint aquarum frigiditati, de iurisdictione sua decertabunt flammæ, & vnde, & extincto forsitan incendio, currus nullus inuenietur quovates

Exod. 33.

Ps. 35.

Cant. 4.
Sap. 7.D. BERN.
Orat. ad Virginis mentem & ocul. los.

4. Reg. 2.

ORIGENES.
T. 8. in Euang. Ioan.

Luc. 15.

vates Elias trāsferatur. Lanatorium ergo non acceptet fluminis, aquasque fugiat. Origenes manet in opinione constans: commodius lotus leuiusque ascendet. D. Hieron. consulamus cuius ductu dubium hoc ad honorem Beatissimæ Virginis enodabimus. Dicit itaque: quòd illæ quadraginta duæ mansiones populi Dei proficiscentis ex Ægypto vsque ad transitum Iordanis, vbi Dux Iosue terram promissionis diuisit, significant quadraginta duas generationes, quas D. Matth. in Euangelio suo recenset, quas velut mansiones Deus pertransiit ab Abraham vsque ad Mariam, quæ nomine Iordanis honoratur. *Apriuo Patriarcha peruenit ad Virginem quasi ad Iordanem: si verò rationem inquiramus cur titulum hunc Iordanis adscribat Mariæ, respondet: Quia plena quoque fluens Spiritus S. gratiis redunda-*

bat. Propter redundantiam privilegiorum eius: nec enim tanta est aquarum Iordanis, quanta Mariæ prerogatiuarum abundantia, vnde demonstrauit cursus Eliæ viam cæli. Nullus igitur se decipiat: si namque velit ascendere ad conspectum Dei clarè visi, fiat hoc oportet, faciendò ex Maria speculum, vnde eius lauando se in his aquis Iordanis diuini, efficaci eiusdem intercessione, nec per aliū patet transitus: cùm nec Elias in vmbra quidem, & figura aliter se præparet ad ascensum in paradysum. Nec hoc adeò multum est hominem ab ipsa transformari, cælisque propinquare, cùm dicat D. Ambros. quod Maria illa sit, quæ corpus illi dedit, quod transfiguraret gloriosum. Venit in nube leui, & cùm esset virtus Altissimi, obumbravit Mariam, ut transfiguraret corpus humilitatis nostræ conforme fieri corpori gloria sue.

D. HIERON.
l. 42. mansio.
in Prologo.
Tom. 3.

D. AMBR.
Ser. 3. sup.
Ps. 118. Re-
tribuo seruo
tuo.

CONCIO
 PRO DOMINICA
 PRIMA SEPTEMBRIS.

THEMA.

*Natiuitas tua Dei genitrix Virgo gaudium annuntiauit
 vniuerso mundo &c. Ex officio Ecclesiæ.*



I.
 Exordium
 pro festo
 Natiuitatis
 B. V.

Vstro potest mœ-
 rore contabescere
 tellus hominũ pa-
 tria, atque de cælo
 conqueri, Angelo-
 rum habitaculo: quandoquidem
 præterito mense Augusti, no-
 stras messuerit delectationes,
 nos exanimis reliquerit solem
 que absconderit, nobis auferens
 supremam nostram Reginam
 altissimo in cælis throno collo-
 candam. Iam non viuimus sine
 vita, non videmus sine luce, du-
 plicem lachrymarum vallem te
 voco mundæ sine Maria. Porro
 in hoc faustissimo mense Se-
 ptembri, ne cælum vt furti ac-
 cusemus, nobis thesaurum il-
 lum restituit: pignus redonat &
 decernit, quod si deficiat, vel
 modico tempore, reuertitur
 temporalem eius celebrans na-
 tiuitatem (dixero melius) tot re-
 surrectiones mortuorum, quot
 sine illa iacebant exanimis, hu-

mana spes refloret, & in Virgine
 atque per Virginem pia conti-
 nuantur gaudia. Nemo melius
 quàm D. Petr. Damian. *De gau-* DAMIAN.
diis properamus ad gaudia, & De natiuit.
feruentem Stylum materia facit Virg. Ser. 1.
feruentiorem. De virgine veni-
mus ad Virginem, & de Maria
ad Mariam recurrimus, bonum
est nos hic esse, melius immorari,
optimum permanere. Cateruatim
 irruunt & meritò solemnitates,
 de vna ad alterum accedimus:
 Virgo Virginem, & Maria Ma-
 riam excipit: illam etenim si no-
 bis abstuleris nulla lenit nos
 consolatio: cum omnia eius sint
 adstricta præsentis.

Priusquam de castissimis vi-
 sceribus descendit in terram
 velut in throno suo residens
 Verbum æternum vísitat Præ-
 cursorum suum Baptistam. In-
 fans in vtero matris præ gaudio
 subilire incipit: testis est mater:
Exultauit in gaudio infans in vte. Luc. 1.

romeo. Luctatur pusio cum naturali tunc carcere, catenas eius & compedes diffra&cturus. Vident' illum gaudio plenè delibutum? Sed trimestre præstolemur quo Virgo cognatæ suæ comes adhæret: prius puer exultat alacris, nunc autem gemit plangit- que mœstissimus: Audire lubet quàm egregis conceptus meus verbis Emisseni innitatur. *Ioannes quoque quamvis in matris adhuc vtero clausus, in eius disces- su non parum doluit, qui in illius aduentu tanto gaudio exultavit.* Quia Maria vt sol adueniens lucem adducit, & discedens de- ferit D. Ioannem tenebris immer- sum & sepultam in mundi ventre mœrore obrutum, qui prius obscuro delitescens matris cubiculo nullo tenebatur, quia Maria domū eius erat ingressa.

Quid de hominibus loquor, & ipsis Angelis gloria accreuit ac- cidentalis dum cælum ingreditur illustrissima eorum Regina, eaque tanta, vt D. Ioannes Da- mascen. illos tunc introducat cælestibus modulantes concen- tibus. *Choros ducunt Angeli.* Quid hoc, piissime Doctor, an Deo laudes non accinebant sua- uissimas? Vtique: sed vsque ad Virginis aduentum, vt opinor, tantas non ediderant lætitiæ de- monstraciones. Decernitur in Palatio Regis tripudium, fe- stum lætitiæ: huic assistunt Rex, Principes optimates & domi-

cellæ. Quæro: si Rex viduus sponsâ mortuâ viueret, vel ipsa abesset Regina, num hoc fieret? Non fieret: vbi namque illa non adest videtur omnium ala- critas eclipsim incurrisse tri- stissimam. Modò liquet intentio D. Damasceni: Vsque modò cæ- lestis illa nobilitas festiuam non instituerat ex industria choream: licet enim Deo suo perpetes personarent melodias, atq; ex eius visione essent essen- tialiter beati: porro nullum accidentalit huius gloriæ da- bant indicium ob Regiæ cæ- lestis absentia: ntingeditur ipsa & continuò *Choros ducunt An- geli.* Nescio num hoc non sit mysterium, quod nata sit Virgo Maria in Septembri, & nequa- quam in alio mense: Erat Do- mine floridum ver, tum aptè matri tuæ conueniens; erat & æstas ardentissima: vt corona sit summi amoris! vel in rigida hyeme, vt Natiuitatis eius tem- pustæ in Decembri natiuitati conueniat.

Respondeo: ratio suadebat vt in Septembri nasceretur: quia mensis hic ille est quo fructus merentur, & colliguntur: quan- do operariorum spes messi, & tritico confisa adimpletur. De- inde si mensis iste, communiter ille est, quo morbi solent homi- nes opprimere, nascatur Maria: cunctorū enim est efficacissima medicina. Vbi non est *mulier in-*

Ecc
gemi-

III.
Matia con-
gruenter
nascitur in
Septembra

Ecclesi. 36.

EMISSEN.
scrip. 4. qua
tuor temp.
ad illud.
Exurgens
Maria.

DAMASC.
Orat. 2. de
dormit.
Deipara.
II.

Matia cæ-
lum lætifi-
cat.

gemiscit egens vel ager. Et octauo die nascatur, qui sempiternam præfert beatitudinem. Porro notanda sese offert alia ratio: Sicut enim Dei genitrix gaudium est vniuersale, oriri debebat in Septembri: mensis enim hic est omnium festiuissimus, & celeberrimus populo maximè Iudaico. Canisius opinatur hoc mense mundum creatum esse, in cuius initio festum celebrabatur tubarum, mortis commemoratum, quam Isaac feliciter euasit. Decimus mensis dies erat Expiationis in memoriam indulgentiæ quam Moyses à Deo recepit pro populo vituli idololatra, eratque aded solemne, ut illo tantum die totius anni summus Pontifex ingrederetur *Sancta Sanctorum*. Decimo quinto die solemnitas agebatur Tabernaculorum dicta *Scenopogia*: cuius meminit D. Ioan. cap. 7. toto celebrabatur septiduo, degentibus ruri filiis Israel sub tabernaculis, & papilionibus: in memoriam Quadraginta annorum quibus per inuia Arabiæ deserta extorres vagabantur: cui subsequebatur dedicatio templi. Legatur D. Tho. Tot ergo festa in Septembri? Vtique: in illo namque nascitura erat Maria, omnium solemnitatum mundi prima so-

lemnitas. Ipsa est quæ humanum genus ab ira diuina defendit: ipsi debetur peccatoris cum Deo reconciliatio: tabernaculum dicitur in quo Deus requieuit. *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Quid plura? templum est cæleste Deo consecratum. Illi igitur dicamus quod Salomon templo suo magnificè iam perfecto. Iam Domine tibi cõstructa domus est, tuæ nequam condigna Maiestati: Mariam etenim expectas: interim dū venit, umbra est illius. Te deprecor: *Quicumque orauerit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo.* Si populus tuus iste, bellis, fame, peste, calamitatibus, mœrore, morbisque afflictus domus huius limina frequenterit, in domum suam alacer reuertatur, cor illi à tristitia liberetur, & pectus nimis afflictum à mœrore recreetur. Idem hodie Deo proponamus, & hæc nostra sit oratio: Templum domumque habes ô Domine in terra tuæ dedicatam Maiestati: Omnes ad Mariam confugiant, est etenim Dei domus illustrissima: & in domum suam reuertentur cum remedio calamitosi, cum gaudio afflicti: & quasi superati cum victoria, cum gratia peccatores, quæ gloriæ pignus est æuiternæ. Amen.

Eceli 2.4.

2. Par. 6.

D. Tho. 1. 2.
q. 102. ar. 4.
ad 10.

CONCIO
 PRO DOMINICA
 PRIMA OCTOBRIS.

T H E M A.

Thesaurus Dei est Maria. D. Bernard. Ser. 3.
 Annuntiationis.



AM numero quam pietate concurrat populus tibi devotus in affectu tenerissimi, promptæque voluntatis tesseram, ô cæli terræque Domina, se tibi sistunt S. Rosarii tui clientes: nec hanc miremur tui venerationem, si mens sit illis cum Deo negotiari; qui sicut filius, tibi adeo proprius est, ut eius comparatione, & sine Maria reliquæ omnes creaturæ nullam in illo partem habeant: ut enim in Maria illas habet omnes in eminenti gradu, omnes etiam cum Maria habet præsentem, & sunt Deo per Mariam præsentem. Hinc capit lucem titulus à D. Bernar. Mariæ adscriptus: *Thesaurus Dei* (hæc eius sunt verba) *An non thesaurus Dei Maria? Ubi cumque illa est, & cor eius*

est. & oculi eius super illam. Idem confirmat eruditissimus Idiota. *Maria thesaurus Domini.* Thesaurus collectionem indicat gazarum, & gemmarum, pretij inæstimabilis, cubiculorum, scriniorum & arcarum quæ præ nimiam bonorum, & ornamentorum abundantiam crepant: quia vnum solum non adæquat, id omne quod thesaurus significat. Dominus cor suum affixit thesauro, affectum ei alligavit & animum, ipsa teste veritate Christo. Quadrat igitur optimè Virgini Deiparæ esse thesaurum; cumulus enim est, & cælestium confluxus diuitiarum: in quo Deus omne quod natura gratiaque habet, optimum accumulavit: atque super quam cor suum animumque fixit, ut sola Maria totum sibi Deum rapere videatur.

Ad conceptus sui confirmationem adducit D. Bern. signum *Indic 6.*
 E e e 2 illud

D. BERN.
 Ser. 3. An-
 nunt.

IDIOTA
 in Prol. in
 l. contempl.
 de Maria.
 I.
 Maria the-
 saurus est.

II.
Allegoria.

illud prodigiosum Gedeonidatum; quo ad suam instantiam vidit nunc aream rore nocturno caelestique madidam, nunc vellus candidum eodem rore completum, prior omnino exsiccatum: quo signo mundo datur intelligi: dum vellus illud Gedeonis, Maria, inquam, rore caelesti inebriatur; quamvis ad omnes divina se extendat effusa liberalitas, tamen respectu Mariæ cunctis videatur (aio) exsiccari, totumque rorem cum Maria remanere. Conceptum suum ipse Bernard. explicet. *Sic ros totus in vellere, totus in area, sed in nulla parte area totus sicut in vellere fuit.* Explanat hoc ingenium D. Aug. & ostendit veram devotionem erga Mariam Virginem consistere in vera eius virtutum imitatione: nam linguam suam ad virtutum eius encomium impendere celebrandum, atque ab illis manus suas retrahere virtutum imitatrices, inane est, & nullius coram Deo estimationis. Sic nos D. August. hortatur. *Imitamini eam quantum potestis, non fecunditate, quia hoc non potestis salva virginitate: sola utrumque potuit, qua omnipotentem peperit.* Privilegium hoc est Mariæ, non dabitur alteri. Deinde aliam subiungit sententiam optimè argumento nostro convenientem. *Nec tamen ideo non est aliquid vobis Christus, quia unus est Virginis filius.* id est:

D. Ave vs.
Ser. 17. de
Sctis: qui est
de Annunt.

III.
Christus et
iam noster
est.

Non quia Christus filius est Mariæ Virginis, idcirco quisquam suspicetur nullam sibi in eo esse partem: etiam aliquid eius est, tangitque illum Saluator. Porro Doctor sanctissime, quis hoc vertit in controuersiam, ut hoc ita confirmes? An ergo creatura de diuinis illis manibus dependens sibi persuadebit aliquid fore momentum, quo creator illum non aspiciat, ut Dominus eius, Paterque amantissimus? Hic patebit quam veraciter Maria sit Deitresaurus, qualiter illi rapiat animam, totumque Deum comprehendat: cum necesse sit D. August. ad nostram consolationem ita nos instruere: quod licet Deus sit Mariæ totus, idcirco non desinat esse noster.

Discrimen inuenit D. Chry- D CHR
sostom. inter verba quibus Gabriel Archangelus Zachariæ promisit filium Ioannem Baptistam: & quibus alius Angelus (nisi idem fuerit) Ioseph mysterium exposuit vteri prægnantis sponsæ dilectissimæ Mariæ. Sacerdoti, sic annuntiat: *Elisabeth vxor tua pariet tibi filium.* Notat hoc: *Pariet tibi,* & ait: *Quia mulier qua ex viro concipit, marito suo filium parit: quia magis est ex illo, quam ex ipsa.* Hic autem hoc non exprimit in singulari: sed tantum: *Pariet autem filium.* Cum autem gloriosus Patriarcha in opinione vulgi locum

Luce 1.

Math 1.

locum sit habiturus Patris, & quamuis non possit eius esse naturalis, & tamen eius curam sit habiturus, eum enutriens, dicatur. *Pariet tibi filium*: & nequam ita simpliciter: *Pariet filium*; iam dubio satisfactum est: Deus enim ita Mariæ solius est, vt hanc etiam gloriam Iosepho zelator inuideat, totaque Mariæ remaneat. Nullus hic hyperbolem arguat: Rupertum enim habeo conceptus huius auctorem, cui credas. Expendit namque quod in Canticis, vbi Spiritus S. prærogatiuas & virtutes extollit Mariæ, sub nomine sponsæ eandem quasi propriis verbis in sponso collaudantes, semper tamen Deus prior Mariam deprædicet. *Ferè in omnibus dilectam præuenit dilectus*. Si Maria sponsum à pulchritudine est commendatuta: *Ecce tu pulcher es*: illam sponso anteuertit: *Eccet tu pulchra es*. Si ipsa in sponso oculos est laudatura columbinos: *Oculi tui columbarum*: iam laudem hanc à sponso perceperat: *Oculi tui columbarum*: & sic de cæteris. Hoc me torquet: quænam vrget ratio, cur Deus prior hominem extollat, quàm homo Deum? Superior inferiorem? Magnitudo diuina humanam abiectionem? cur manus inuertuntur. *Quid de hoc censetis? nõne ille cum Deus & homo sit, debuerat ab homine modis omnibus præueniri?*

Respondet quòd quamuis vt Deum illum anticipatiuè creaturæ laudare, & honorare debuissent: tantamen Matrem suam æstimat, vt eius honorem laudemque velit antecedere. Ipsam autem huic apud Rupertum respondentem audiamus. *Ille autem sicut in cæteris, in consideratione mei semetipsum humiliavit quodam modo: non considerans quòd ipse esset Deus, sed considerans quòd essem ego mater, & ipse filius me superiorem sibi arbitrabatur*. Tanta est Virginis dignitas in quantum Mater est Dei, vt Deus ipse perpendens se eius filium, dignitatis suæ & auctoritatis obliuiscatur superioris: vnde primus eius exorditur e-logia.

In primo Diuinitatis Christi testimonio ad nuptias in Cana Galilææ ad instantiam Matris suæ vini defectum omnipotens suppleuit: cumque dixisset: *Nondum venit hora mea*: tempus tamen præuenit. Quisnam ò Domine horologium præuertit, quis horam anticipat? Hæc sit tibi ratio: vt enim Deus cor suum Virgini constanter affixerat aded vehementer ipsa illud excitauit, vt eum impulerit ad verbi sui quandam velut obliuionem: & quod serius agendum erat, erga Matrem reuerentia coëgit anticipari: qua præsentem confestim preces exaudit. Diuinus es thesaurus:

RUPERT.
li. in Cant.
Ecce tu pul-
cher es.

IV.

Deus prior
Mariam ex-
tollit quàm
ipsa Deum.

Ioan. 2.

V.

Christus ad
Mariæ pre-
ces tempus
anteuertit.

tantaque fulgens potestate; vt hæc prima sit Dei sollicitudo quâ Matrem honore prosequatur: Ex his igitur manibus, quas canales dixerim aureos, defluant

torrentes misericordiarum, decurrant gratiarum aquæ, pignora futuræ gloriæ certissima &c.

CONCIO

PRO DOMINICA

PRIMA NOVEMBRIS.

THEMA.

Corona Sanctorum omnium. D. Ephrem Orat. de laud, Virg.



ONOR, lux, splendor, corona Sanctorum omnium & Virgo prudentissima titulū hunc tibi

omnes attribuunt, quo immensam tuam celebrant potestatem: porram te dicunt per quam, tuo favore, saluandi patriam ingrediuntur optatissimam: quo denegato nullus eius terit limina, sed repellitur periturus.

I. *Allegoria.* Ostensum est vari Ezechieli templum tot circumstantiis mysteriosum vt intellectum eius impulerit huius umbræ lucem, & significationum eius scrutari mysteria; cuius pretiosa parietum aula sic describit: *Et vsque ad domum interiorem & forinse-*

cus per omnem parietem in circuitu intrinsecus & forinsecus ad mensuram, & fabrefacta Cherubim, & palma. Planè ignoro quid diuinum illum Architectum mouerit, Cherubim & palmas templi parietibus inferere: nam plantas potuisset alias eligere: si conspectus, attenditur pulchritudo, platanus folia profert extenta & viridia: si fructus, oliua præfertur, vel pomum punicum; si fragrantia quæritur, adest balsamum, & Cynamomum; si spectetur incorruptio; Cedrus præcedit; si cultus religiosus, Cupressus eminet. Quid igitur mysterij latet in electione palmarum, vt ipsæ cæteris arboribus ad æmulationem anteferantur?

Ps. 91.

D GREG.
Hom 17. in
Ezech.

Apo. 7.

II.
Nemo sine
Maria sal-
uatur.

ferantur? Palma nedum inui-
ctos designat martyres, sed in-
super omnes Sanctos. *Iustus ut
palma florebit*: cum enim legiti-
mè certauerit, hostemque su-
perauerit, triumphum agit cum
palma celeberrimum. Saltem
pro me habeo D. Gregor. qui
sanctis omnibus palmas assi-
gnat. *Palmas in manibus tenere:
est victoriam in operationibus te-
nuisse*. Nam idcirco infinita illa
Sanctorum multitudo, quam
conspexit D. Ioannes, inquit D.
Gregor. illam explicans, palmas
manibus præferbat. *Et palma
in manibus eorum*. Enumerantur
hîc & intelliguntur Angeli, Pa-
triarchæ, Prophetæ, Apostoli,
Martyres, Confessores, Virgi-
nes, Continentes, Religiosi, Sa-
cerdotes, Pœnitentes, omnes vi-
ctores, omnes triumphî gestant
insignia.

Templum communi Sancto-
rum calculo, Maria nuncupa-
tur: *Templum Dei factus est ute-
rus nesciens virum*. Dum igitur
in templo palmæ visuntur, &
figuntur: quid aliud intelligam,
quàm quòd Sancti omnes voce
libera fateantur, si mansiones
ingressi sint æternas, si velut
fortissimi victores feliciter in
portum appulsi sint, laurumque
consecuti: hæc omnia cælesti
huic sint referenda Deiparæ
Mariæ: cuius intercessione &
dono Deus illos templi gloriæ
parietes reddidit illustrissimos,

& ne quis fortè huic excipiat
Angelos: palmis, id est iustis san-
ctisque viris interferantur spiri-
tus, & substantiæ Cherubim
immortales. Mos erat antiquis
victorum cætorumque manu-
bias templis affigere: cum igi-
tur electi Mariæ Virginis patro-
cinio triumphum retulerint, in
Virgine, templo vero & diuino
spolia sua dedicant, afferunt, &
consecrant.

D. Ioannes superna describit
palatia, in quibus se vidisse te-
statur vigintiquatuor seniores,
quibus vniuersitas exponitur
electorum, tam primæui tem-
poris, quod duodecim compre-
hendit Patriarchas, quàm nouæ
legis gratiæ, quo duodecim vi-
xerunt Apostoli, qui simul præ-
fatum explent numerum. Quæ-
primum cælestem illam perce-
perunt melodiam, & barbiton
illud Angelicum incessanter
decantatum *Sanctus, Sanctus*, Apo. 4.

III.
Sanctus: coronas è capitibus
suis euulserunt & omni sub-
missionis affectu: *Mittebant
coronas suas ante thronum*. Quid
hoc ô antiqui dierum: *Ante
Deum*, hoc capio: confitendo
omnem de illius manu vobis
honoris gradum aduenisse: sed
Ante thronum? Quid vobis hîc
contulit thronus vt hac illum
ceremoniâ veneremini? an for-
tè huic hæc omnia sunt adscri-
benda? Maria Dei genitrix hîc
signabatur: etenim nihil hoc

nomi-

nomine illi frequentius. In spiritu vidit illum Hieremias, eiusque gratiâ beneficia à Deo pro populo Israel postulavit. *Solij gloria tua recordare, & ne irritum facias fœdus tuum nobiscum.* Et Petrus Clunia. notans illud Prophetæ *solium*: ait: *Totius Deitatis solium.* Convenienter igitur in signum gratitudinis coronas suas demittunt ante pedes eius. Sed verbum illud, *Mittebant*, expendamus: per quem mittebant hanc oblatione? Nūquid famuli aderant aut ferui? Nequaquam, omnes enim Reges sunt: quis igitur coronas throno deferebat? Illæ ipsæ coronæ pondere suo naturali se pedibus illius prosternebant, quæ gratiæ dicitur inuentrix, & quasi iudicio pollerent se ipsas illi deferebant.

Pertransit Arca fœderis Iordanem fluvium: qui conspecta tanta Maestate aquas suas in unū conglobat, montesque congerit crystallinos: quo liberè pertranseat figura Mariæ, cui nullo nouoque expectato imperio tota deseruit creatura: quocirca & aurum & Sanctorum diademata, diuinos eius pedes ut suos agnoscunt benefactores, & ad illos se demittunt. *Mittebant coronas suas ante thronum.* Eadem Dei genitrix ore loquitur Ecclesiastici: *Ab initio & ante seculum creata sum, & usque ad futurum seculum non desinam, & in*

habitatione sancta coram ipso ministravi. Ab æternitate me Deus in suo creavit intellectu, & futuræ meæ in tempore essentia sempiternas gratasque habuit ideas, atque in gloria illo functa sum ministerio, quod nunquam sum desertura. *Et usque in seculum non desinam.* Quis hoc capiat? Quia in Maria vita superstitæ Matris Dei dignitas non evanuit, filio igitur in cælo collateralis & vniuersalis Regina, qua veritate dicit: *Ministravi.* Patet responsio ex verbis Christi ad discipulos suos: agens etenim de feruis fidelibus ac vigilantibus, sic ait: In cælo præcinget se, *Et transiens ministrabit illis.* Vbi verbum hoc *Ministrare* vile hic non significat feruorum obsequium: sed dispositionem locorum, præmiorum distributionem, introductionem ad beatitudinem: per me tibi ingrediendum est, in me tibi delicatissimus ille cibus essentia meæ diuinæ ministrabitur: Ut igitur intelligatur quoddam Deus hanc Matri suæ conferat dignitatis amplitudinem: decernit, ut ipsa eadem quâ Deus phrasi loquatur: & si filius dicat: *Ministrabit.* Dicat & Mater, *Ministravi:* ipsaque sit quæ calos aperiat: eius manibus præmia, donaque distribuantur. Testem profero D. Germanum Patriarcham Constant. *Nemo est qui liberetur à malis, nisi per te: nemo*

IV.
Maria qua
ratione mi-
nistrat.

Hiere. 14.

PET. CLVN.
l. 5. Ep. 1.

Luc. 12.

Eccl. 24.

GERMA. de
zona Virg.

est

est cui donum concedatur, nisi per te.

Huic manum dat pia D. Bernard. deuotior: *Inte o Virgo Mater Dei respiciunt oculi totius creatura.* Omnium creaturarum animas cordaque trahis ad te o Virgo & Mater Dei potentissima, lapis es magnes, & omnes ad liberales illas & potentes accurrunt Virginis manus: *Sicut ad arcam Dei: sicut ad rerum causam, sicut ad negotium seculorum.* Proh qualia epitheta! sicut arca, sicut thesaurus diuitiarum Dei: in qua later mœsti alacritas, salus infirmi, turbati pax, inopis thesaurus, languentis baculus, leuamen lapsi, vitaque mortui. *Sicut ad rerum causam.* Per & propter Mariam igitur creati sunt celi, terra fundata est, mare fecundatum, aër subtilis effectus, ignis accensus. *Sicut ad negotium seculorum.* Quia redemptionis humanæ negotium per Mariam expeditum agnoscimus. Placet intelligere (o Do-

ctor melliflue) quinam ex Maria sibi persuadent dona se recepturos. *Et qui in celo habitant, & qui in inferno & qui nos praesecunt, & nos qui sumus, & qui sequentur, & nati natorum, & qui nascuntur ab illis.* Explicet seipsum Bernard. *Qui sunt in celo, ut reseruantur.* Quia licet eorum animæ beatifica Dei fruantur visione: eorum tamen corpora aliquid per Mariæ merita praestolantur: *Et qui in inferno, ut eripiantur.* Illi qui in purgatorio flammis eius purificantur: est etenim Maria Zephyrus, & aër calidissimam illam refrigerans temperansque regionem. Quid plura: nullus excipitur: & ipsas caelestes sedes Bernardus asserit à Maria dependere: sed grauior premit nos mortales, ad illam recurrendi necessitas; si namque in illas Sancti suas consequuntur coronas, possidentque gloriam; nos peccatores ex illa speramus gratiam gloriae tesseram sempiternæ. Amen.

D. BERN.
Ser. 2. Pentecostes.

V.

Maria omnium refugium.

CONCIO
 PRO DOMINICA
 PRIMA DECEMBRIS.

THEMA.

Recordare Virgo Mater: dum steteris in conspectu Dei.

ut loquaris pro nobis bona, & ut auertat indignationem suam à nobis. Ex Antiphona.

collecta ex Hierem. Ca. 18.

Regina & mater Misericordiae.



VBA illa terribili percussio de iudicio, quae his diebus in Ecclesia insouit fideles eius diuina terrefaciens indignatione, ad tuas hodie confugiunt benignitatis manus: o potentissima Domina, omnis Mater suauitatis, cunctaque Regina misericordiae. Prologum inchoat D. Bern. Super Saluo, quo hymno Virgini praclarum hunc damus dignitatis titulum, quem in hunc modum explanat. *In hoc conuenienter vocatur Regina misericordiae, quod diuina pietatis abyssum, cui vult & quando vult, & quomodo vult creditur aperire, ut quibus enormis peccator*

*non pereat cui Sancta Sanctorum, patrocinii sui suffragia praestat. Spem pusillanimitis nequam abiciat peccator: matrem enim habet: vites animumque sumat ille qui malis se luget circumdatum: & laboret sibi Reginae misericordiae habere propitiam: clauem namque possidet abyssi pietatis Dei, camque aperit cui vult, & quando vult, & quomodo vult. Verbum illud *Aperire* D. Bern. reuocat mihi ad memoriam Angelum illum magni concilij Christum, quem D. Ioannes conspexit *Habentem* *Apoc. 20.* *clauem abyssi.* Et quamuis obsecrum videatur intellectu, qua ratione D. Bernard. illam attribuat Mariae, cum Deus illam habeat: obuia nobis tamen occur-*

I.
 Maria Regina misericordiae.

fit responsio: sicut enim alias nō habet Deus manus quā Mariæ cū in his clavis est, tanquam in archiuis suorum thesaurorum, esse in Dei manibus perhibetur.

Hinc præfatus Virginis eliens eleganter infert hanc sententiam quōd vsque ad tempora Dei genitricis, nulli fuerint aquæ ductus, ytpote per peccatum obstructi, per quos diuinæ ad nos misericordiæ vel gutta deflueret. Malum eius audire verba: *Nimirum propterea tanto tempore humano generi fluente gratiæ defecerunt quod necdum intercederet is de quo loquimur, tam desiderabilis aque ductus. His parumper immoremur. Si namque Deus decreuerat dona largiti, aquas mundo pietatis effundere, quam obsecro dependentiam habet supremus ille Monarcha, Dominus absolutus & Rex independens, ille qui nullius indiget, qui plenus est; vt dicatur mihi, quōd deficiente Virgine Maria nullum pateret iter, nullus transitus, aque ductus nullus per quem pietatis suæ dona, & torrentes effunderet misericordiæ? Vt homo fiat, nostrumque induat mortalitatis saccum, tot, concedo, sæculis expectet Mariam ex diuino namque decreto hæc electa erat, vt illum carne humana mater vestiret: verū enim verō vt vel vnicum conferat beneficium vt quid mora-*

tur? Luce clarius hīc parebit quid sit Maria quin etiam sibi persuadens Bernard. à nonnullis posse replicari: Au, ergo, in diebus Noë omnia diluuiō demergente Deus octo homines huic cladi superstitēs non eripuit? Patriarchæ Iacob in medio noctis silentio Deus cælos non aperuit? Numquid populo suo, quem in manu potenti & brachio excelso eduxit de seruitute Pharaonica, innumera eaque insignia, & rara præstitit beneficia. His historiæ redundant: quā igitur veritate confirmas: vsque ad Mariam: *Fluenta gratiæ defuerunt.* Iam omnibus innotescit responsum. Si diluuii stragem incolumes nonnulli euadant: in Arca, Mariæ figura saluantur. *Sicut enim per illam omnes euaserunt diluuium: sic per istam peccati naufragium.* Et hoc tantum interest discrimen inter arcam & Mariam: *Per illam octo anime tantum saluantur: per istam omnes, ad aeternam vitam qua per octonarium numerum significatur, vocantur: &c.* Si se Deus Iacob præbet affabilem & propitium: per scalam hoc facit: per Mariam, inquam: Si populum Israel liberet, non prius illum eripit quā in rubo (Mariam intellige) se ostendat igneo sed incombusto.

Aliam rationem nobis suggerat D. Albert. Magn. cur in- *In Maria*
tituletur *Regina misericordiæ:* *c. 11. c. 19.*

D. BERN.
Ser. de Nati-
uitate de aqua
ductu.

D. BERN.
Ser. de B.
Maria.

II.
Per Ma-
riam omnis
gratia.

quia in ea cœpit; habuitque principium Regnum misericordiarum. Ad diuinam confirmationem, ab experientia trahit similitudinem. Quamuis in aliqua familia multi præcesserint antecessores, nihilominus dicimus, hic dedit illis principium & esse, qui ob egregia sua facinora, vel industriam, vel dignitatis gradum ad quem ascendit illos nobilitat: & familiam suam prius quasi sepultam tenebrisque immerfam ad nouam gloriæ lucem euocat & quasi à morte resuscitat. Hoc igitur modo concludamus: Regnum possidebat Deus misericordiarum, & pietatis Monarchiam: sed qui studiis suis, & opera illud nobilitauit, Mariam fuisse communis fert opinio: in illa namque cœpit hominibus depluere torrentes misericordiarum: illudque Dei attributum sic extulit, ut quodam modo fieri liceat, quod illud in lucem produxerit, primum eius iecerit lapidem, auctoritarem fidemque tribuerit, & splendore nobilitauerit illustrissimo. Hinc habemus D. Bernardum egregie nomen illud Reginae declarantem. *Gloria nomen & honoris, magnificentia & decoris, dulcedinis ac pietatis, amoris & honorificentia, sublimitatis & potentia, defensionis & gratia, gubernationis & iustitia: hæc enim omnia titulus hic Regina misericordiarum comprehendit.*

D. BERN.
Ser. 2. super
Salme.

Epilogum tandem concludat auxelis non reprehendenda Rupertus Abb. qui destructionem & euerisionem vrbis Hierusalem per Titum & Vespasianum attribuit egressui B. Virginis, non vterius in ea commorantis. Explicat illud Cantici: *Vineam meam non custodui*. Quali verba hæc Dei genitrix loqueretur *Vineam meam non custodiu*, veterem scilicet Synagogam: nam hac metaphora capitur in parabola de vinea eius deserui defensionem, meam abstraxi patrocinium, meum negavi subsidium, egressa sum de Hierusalem: vnde quid miraris eius ruinam? *Vineam meam non custodiu, gentem meam non adiuui, non defendi, quin venient locum eius, & gentem tolterent Romani.* His assistamus: Christus euerisionem prædixit Hierusalem: quando discipulis illi templi magnificam ostendentibus structuram, vates respondit: *Amen dico vobis: non relinquetur hic lapis super lapidem: & alia iterum occasione vberioribus ruinam eius in spiritu prælagiens defleuit lachrymis: Videns ciuitatem fleuit super eam.* Si ergo Deus vrbi iam decreuerat cladem, vindictæ gladium manibus tradens Romanorum Imperatorum, utpote diuinæ iustitiæ ministrorum: qua ratione illam Rupertus absentiæ ab illa imputat Mariæ: iustissime: quia Regina erat mis-

Can. 1.

Matth. 21.

RUPERT.
l. 1. in Cant.

III.
Maria absentiæ tribuitur euerisio Hierusalem.

Luc. 19.

miseri cordiæ; illa autem clauis
secum auferente, fons omnis
occlusus fuit vrbis misericordiæ,
& supplicium eius extitit ineu-
tabile; si namque præsens ad-
fuisse; indubiè diuinam placaf-
set indignationem, & quando-
quidem sacrilega illa Respubli-
ca iustum mereatur interitum;
primò ab illa discedat Maria;
nec enim eam iustitia diuina
puniet, in conspectu eius, quæ
Regina est misericordiæ.

Tali verò ratione supplet
Dei genitrix Dei absentiam (si
quæ in illo reperiri posset in
ordine ad benefaciendum ho-
mini, & illius negligendum sa-
lutem quem iam semel rede-
mit; quod fieri posse absit à no-
bis opinari) vt si dormiat; suffi-
cit quòd Maria vigilias agat.
Hæc est Ruperti Abbatis opinio
ad illa verba sponsi: *Veni in hor-
tum meum soror mea sponsa, mes-
sui myrrham meam cum aromati-
bus meis.* Benefacere hominibus
appellat venisse in hortum suū,
vel ob intractum Virginis vte-
rum, vel ob delicias ex sua no-

biscum conuersatione. *Messui
myrrham; extrema passus sum;
Comedi fauam cum melle meo;
surrexi de monumēto gloriosus
statuēs ad dexterā Patris huma-
nitatem meam; iam nihil agen-
dum superest: reliqua manibus
Mariæ matris meæ præstanda
commendavi. Sigillum impo-
nant operi verba præclarissima
Ruperti; Omnia ergo qua generi
humano ad salutem siue restitua-
tionem ipsius erant necessaria, ego
te silente perfecit soror mea sponsa;
nunc me quiescente tibi debetur
aliqua eiusdem operis portio tua.*
Nulla potuit illi esse inadiuto-
rium creatura morienti; solus
etenim satisfacit, soluitque de-
bitum. Ne autem Matri suæ tan-
torum deesset facinorum socie-
tas: hoc decreuit; vt sicut ipse
solus in terra genus humanum
redemit; ita sit in cælo Maria
primaria procuratrix, & aduo-
cata necessitatum eiusdem ho-
minis, iam Christi sanguine re-
dempti, & nunc protecti Mariæ
intercessione.

D, O. M. laus: beatissimæ semper Virgini Matri Mariæ
gloria: nec non beatis Ioseph sponso: Paulo A-
postolo, Dominico Prædicatorum Patri.